



**Confutatio Determinationis Doctorum Parrhisiensium,
Co[n]tra M. L. ex Ecclesiastias Doctoribus desumpta, denuo
recognita et locupletata. : Adiecta est Disputatio Groningae
habita cu[m] duabus Epistolis, non minus pijs atque eruditis.
Indicem generalem, et etiam alphabeticum praepositorum,
Lector conspicies.**

<https://hdl.handle.net/1874/454061>

CONFV

TATIO DETERMINATIO-
nis Doctorum Parrhisiensium, Cōtra M.L.

ex Ecclesiasticis Doctoribus desum-
pta, denuo recognita &
locupletata.

Adiecta est Disputatio Groningae habita cū
duabus Epistolis, non minus
pijs q̄ cruditis.

Indicem generalem, & etiam alphabeticum
prepositum, Lector conficiet.

NORIMBERG AE. AN. XXV.

AD CHRISTIANVM LECTOREM.



Operis se
quētis ra-
tio.

VONIAM PARRHISI-
enses Theologastri nō potuerūt in
lucem ueritatis oculorū aicm intēde-
re, que per Mar. Lutheri spiritum
toti illuxit orbi, q̄ sui amore et pha-
risaica sua iustitia occēati essent, idq; Aristotelis benefi-
cio, quem ipsi numinis cuiusdam loco habent, pro uirili
parte eorum deploratam caliginem, pro charitatis offi-
cio miserati, in hoc incubuimus, ut uel sanctorū patrū
luculentissimis scriptis (que tamen tenebræ quædan ui-
deri possunt cum uerbi dei sole collata) glaucomam
oculorum pestem, ab oculis deducremus, id quod hoc
stāmus consilio, ut eorum infantiae in Christo nos attem-
perantes, non uerbi dei tantū solido abo, ut Lutherus,
sed & lacte sanctorum patrum. M. nostrorum infirmi
useulis dentibus consuleremus. Vidimus enim genuinos
eorum dentes & mandibulas, tum planè communatas,
dum intemperanter nuābus uerbi dei effringendis in-
cumbentes operan luderent, quo factum est ut etiam
amissō nucleo hiantis lupi in morem delusi sint. Neq;
est q̄ mircris uerbum dei nuæ hic appellitari, quod ali-
as panem aliâs uitæ aquas memorat scriptura. Non po-
test enim non esse nux adeoq; petra in quam impingant
hi, qui cum iactantia, cū sui amore & fastu, audent ue-
luti illotis, manibus, sacra dei Euangelia contingere, de-
libare & molaribus confringere. Siquidem mysteria

Euangelij abscondit deus à sapientibus, & reuelata ea
parvulis. Quod si demissso superalio, cum timore dei,
& sue infirmitatis confessione, reuerenda Christi adi-
ta, suppliæ adijscent philosophia Rabbini uberrimum
longe fructum ex his retulissent. At iam crucis sermo
factus est ijs offendiculum & stultitia, qui inflati carnis
sue sensu, non demiserunt animum ad Euangelij humili-
Crucis ser-
litatem. Quo factum est, ut Christi bona fragrâcia odor mo quos
mortis fuerit parrhisiensibus condemnatoribus, sua que offendat
rentibus, id quod uni debent gentilio deo Aristoteli,
Aristote-
qui sui studiosos omnes sic illudit, sic fasnat suus mo- lis mora-
ralibus, ut ter miseri homines, suam cœitatim, calamia- lia quid
tatem, nuditatem neque ant animo aduertere, quod ubi afficiant.
fit, ibi nulla requiritur lucis gratia, nullus uocatur ani-
marum medicus, nulla optatur opulentia, siquidem ipsi
sibi lucent, sibi medentur, per se sunt diuites. Resipiscere
uel tandem deploratissime sortis theologis, & mora-
lum autorem ad inferos relegare, ne à uobis auferat
lumen diuinæ sapientie, ne uos à cœlestis medici-
pharmacia abarcat, ne inopie uestræ pre-
cludat diuitias gloriæ dei. Et haec nostras
annotationes ab affectibus purgato
animo euoluite, sic futurum
spero, ut uobis ipsis redi-
titi notiores suffire
tis sole iustitiae, a piatis nuditatis uestræ cōfessionē
& opamini stola iucunditatis & iustitiae, qui
nūc affligimini spū inuidiæ & mœroris.

INDEX GENERALIS MATERIARUM quæ in hoc opere differuntur.

Sacramentis propositiones uiginti. folio	1.
Constitutionibus ecclesiæ.	58.
Operum æqualitate.	61.
Votis propositiones duæ. folio	64.
Diuina essentia.	71.
Conceptione beate Mariæ virginis.	74.
Contritione propositiones decam.	76.
Confessione propositiones septem.	97.
Absolutione propositiones quatuor.	112.
Satisfactione propositiones octo.	113.
Accidentibus ad Eucharistiam.	131.
Certitudine charitatis habitæ.	134.
Peccatis propositiones quinq;.	139.
Preceptis propositiones sex.	155.
Cōsilijs Euāgelicis ppositiōes quatuor.	168.
Purgatorio propositiones septem.	182.
Cōalijs generalibus ppo. quatuor.	191.
Spe non ex meritis.	205.
Hæreticorum poena.	207.
Legalium cōfessione. folio.	211.
Bello aduersus Turcas.	213.
Immunitate Ecclesiasticorum.	217.
Libero arbitrio ppositio. quatuor.	222.
Philosophia & theologia scholastica, propositionis septem. folio	234.

De

INDEX ALPHABETICVS OPE

ris sequentis, numero pagina=
rum seu foliorum
adiecto.

Absolutio est efficax, nō quia sit, à quo cūq;
fiat, sed quia creditur. folio. 112.

Absoluere debet quilibet sacerdos, à pœ=
na & culpa, aut peccati. folio. 115.

Absolutus est, qui sponte confessus siue correptus uenit=
am petierit coram quouis priuatim fratre. 55.

Absolutum te fortiter crede, & ucre eris absolutus,
quicquid sit de tua contritione. 114.

Adriani Traiectensis sexti Romani pontificis, de sacra
mentis sententia. 4.

Ambitus, auaritia, & luxus ecclesiasticorum taxatur,
folio. 218. & 202.

Amore an odio quis sit dignus nesciri, quomodo intel=
ligendum. 137.

Anime in purgatorio peccant, quandiu horrent penas
& querunt requiem. 136.

Arbor mala, bonos fructus non potest facere.

Arbores, catalogum diuorum monachorum referentes
qua de causa confite. 244.

Arbitrium liberum. uide liberum arbitrium.

Aristoteles est theologie scholasticæ fundamentum, in
cuius Babylonicae turris arce sedet Pelagus. 253.

Aristotelis philosophia, nec in populo doceri potest,
nec ad scripture intelligentiam utilis est. 234.

- Arestotelis moralia, pugnant cum Christi Pauliq; do-
ctrina, folio. 254.
- Arestotelia, & neutrales theologiæ arguitur. 203.
- Articuli duo damnati, qui non sunt Iohannus Hus, sed
Augustini super Iohannem. 198.
- B**Abylonice turris, & scholasticæ Theologie co-
paratio, folio. 252.
- Baptismi uotum sanctissimum, quomodo monachorum
pharisaismo, & operum iactantia obscuratum. 70.
- Bellum Turcæ inferre, probatur esse contra scripturas
& uoluntatem dei. folio. 213.
- Bernardus, Benedictus, Franascus, quomodo in uotis
uixisse, credendi sunt. folio. 67.
- Bohemorum, & Iohannis Hus, multi sunt articuli
Christianissimi, quos nec posse uniuersalis Eccle-
siam damnare. folio. 196.
- Bohemii, nec sunt heretici, nec schismatiæ. folio. 40.
- C**Haritas est plenitudo legis. folio 167.
- Charitas ubi non est, ibi omnia opera damnabili-
lia, & in disponentia ad gratiam folio. 79. & 82.
- In charitate nos existere, quomodo certi esse debeamus,
& pessime docent contrarium diantes. 134.
- Christiani omnes habent eandem potestatem in uerbo
& sacramento quocunq; folio 10.
- Christiani omnes, quo ad tria uota monasticorum ob-
Ceremonie & exercitii corporali, stricti. 67.
quatenus exercenda. folio 166.
- Claves ecclesiæ, charitas est, secundum Augustinum. 15.

<i>Claues Ecclesie omnibus sunt communes.</i>	13.
<i>Clavis est uerbum domini. folio</i>	126.
<i>Clavium uirtute poenas solui negatur. folio</i>	125.
<i>De Conceptione beatæ virginis, quam acerbæ & perniciose fuerint contentiones. folio</i>	75.
<i>Consilijs generalibus, quando contradicendum, & eorum de c reta quomodo dijudicandi. folio</i>	191.
<i>Cōfirmatio, & uinctio extrema, nō sunt à Christo in.</i>	
<i>Confitendi ars, hactenus tradita est inutilis. (stituta. 13.</i>	
<i>lis, immo ars perdendi animas, & desperandi.</i> 97.	
<i>Confessio auricularis, nullo diuino iure probari potest,</i>	
<i>neq; ita siebat primitus. folio</i>	100. & 104.
<i>Confessio iure diuino precepta quæ sit. folio</i>	101.
<i>Confessio non potest esse homini à semetipso.</i> 84.	
<i>Confitenda, si sunt occulta cordis, quæ tunc confitentur.</i>	
<i>Confiteri ueni illa peccata, nullo modo</i> (da. fo. 105.	
<i>homo presumat. folio</i>	107.
<i>Confessio auricularis, quomodo docenda, aut tractanda in fide. folio</i>	99.
<i>Confessionis publicæ duplex forma. folio</i>	103.
<i>Conscientiae non obligantur preceptis humanis.</i> 60.	
<i>Consilia Euangelica quæ ponunt, sunt precepta.</i> 169.	
<i>Constitutiones humanæ non possunt ligare conscientias. folio</i>	58. & 192.
<i>De Contritione, & ijs, quæ eam praedidunt:</i>	77.
<i>Contritio parata per discussionem, collectionem, & de-</i>	
<i>testationem peccatorū, facit hypocritā, & magis pec-</i>	
<i>Contritio omnis uana, nisi dominus</i> (catorum. 36.	

- conterat satanam sub pedibus nostris. 33.
Corpus Christi recte dicitur esse panis. 34.
Consuetudo non sequenda, sed dei ueritas. 39. C. 127.
DEterminata multa sunt perperam nouissimis
trecentis annis. 72.
Dionysij scripta somnijs similitima dicuntur, quæ in my-
sticâ theologia Platonizat &c. 250.
De Dionysij hierarchijs quid sentiendum. 73.
Diuorum apud monachos ambitious multiplicatio &
superstitiosus cultus. 244.
Doctores scholastici corrupserūt scripturas à trecentis an-
Doctorū scholasticorū, & monachorū ty- (nis. 253.
rānis contra synærioris theologie studiosos. 245.
Doctorum scholasticorum & monachorum tyrannis
nostra ætate excussa & cuersa. 245.
Doctorum mendacium ambitious contentio de suorum
ordinum diuis & doctoribus. 244.
Doctores scholastici Sileno præpostero cōparātur. 123.
Doctores uide theolog. scholasti. (129.
ECclesia sancta catholica una tantum est, sicut tan-
tu m unus est numerus prædestinatorū, de qua
mali presati non sunt. 197.
Ecclesia non potest nouum sacramentum instituere, aut
ullum articulum fidei condere. 4.
Ecclesiasticorum libertatem, si reuocarent principes, nō
possit eis sine peccato resisti. 217.
Ecclesiastica in quibus non debarent præ alijs laicis esse
De Essentia diuina curiosius dispu- (exempti. 221.

- tantes arguuntur. 73.
Euangelium tria docet. 23.
Euangelica consilia que ponunt theologi, non sunt consilia, sed præcepta. 169.
Famam negligere, iniuriā perferrere, quomodo debeamus. 178.
Fides q̄ tota sit sacramentorum efficiā, & multa de fidei commendatione. 45. C. 98. C. 111. C. 136.
Fide accipimus quod credimus, quicquid agat aut non agat minister. 52.
Fides nulla opera sinit esse mortaliā. 154.
Sine Gratia primo remittente culpi, nec uotum remissionis querende habere possumus. 89.
Hominum traditiones non sequendae, nec qd alij fecerint, attendendum, sed quid Christus fecerit & præperit. 19. C. 52. C. 192.
Vide etiam constitutiones.
Hæretici aut Ethnici Iudei non sunt cogendi ad fidem, folio. 92. C. 207.
Hæreticos comburi, est contra uerbum dei, & uoluntatem spiritus sancti. 207.
Hæretorum inquisitores, q̄ impij & crudeles incēdrij fuerint ex sacris litteris ostenditur. 209. C. 244.
Impossibilia quomodo nobis sint omnia mandata dei. 156.
Infirmis opus est, ut certis officijs, diebus ac modis occurrentur, uigilijs, ieiunijs, orationibus. 166.
Inquisitores hæretorum, quan impij & crudeles fuerint.

- rint incendiarij. folio 92. C. 209. C. 245.
Iohannis Tauleri sermones præferuntur scriptis mul-
torum. folio 247.
Iohannis Hus articuli Christianissimi dñati sunt. 196.
Irasens fratri, quomodo iudicandus. folio 173.
Intentio quæ operi nomen imponit, charitas est, & quo
modo oculus simplex, totū corpus lucidum facit. 81.
Iure naturæ defensio diatur liata, quæ non est liata iure
Iurare non debet Christianus propter (diuino, 169.
temporalia, quia ea non debet amare. folio 179.
Iurare quare permisum est Iudeis. folio 181.
Iurare in causa fidei & pietatis, quomodo liæt. 180.
LAya quomodo etiam habent claves & potesta-
tem ligandi & soluendi. folio 14. C. 55.
Layœ producenti scripturā plus credendum quam toti
Lex magis data, ut ostendat peccatum (conilio, 193.
præteritum, q̄ ut præsens aut futurum prohibeat. 161.
Lex ante charitatem iram operatur. folio 78.
Legalia opera probantur licita, si charitas fraterna regnat.
Lege manifestata aut in memoriam revocata, (211,
mox sequitur augmentum peccati, si gratia desit. 77.
Lex etiam dei obest & auget peccatum nisi adsit gratia. 77.
Lex nulla necessaria homini habenti charitatem. 163.
Ligare & soluere quid sit, & q̄ nemo Christianorum
aut sexu, uel conditione prohibeatur. folio. 15. C. 55.
Libertas Christiana quæ sit folio 59. C. 211.
Liberum arbitrium non est dñs actuum suorum. 222.
Libe. ar. dum facit, q̄ in se est, peccat mortaliter. 223.

Liberū ar. ante gratiā nihil ualeat nisi ad peccandū. 230.

Liberum arbitrium ad diligendum deum primi peccati
grauitate perdidimus. folio 224. C. 231.

Litigare cor. in iudicis Christi misericordia exhibitum est. 175.

Matrimonium non est sacramentum à Christo
Malo non esse resistendum (institutum. 42.)
& de maxilla porrigena. folio 169.

Matrimonia confirmanda etiam contra leges pontificias
contracta, in quibus papa potest dispensare. 43.

Merita, uide opera bona.

Missa proprie quid sit, & q̄ non sit sacrificium, nec opus
Missam applicare, seu offerre p̄ (bonum. 21. C. 23.)
peccatis aut necessitatibus, est error. folio 26. C. 29.

Missa usus quis sit, & qui sint missae abusus ostendi-
tur. folio 23. C. 25. C. 27. C. 32.

Missarum abusus per magistratum esset tollēdus. 26.

Missarū impietati nō aduersantes, excōicantur. 28.

Monachus non magis obligatur ad legem Evangelie
cam quam secularis. folio 174.

Monachismi rō q̄bus autoritatibus subuertatur. 65. 70.

Moralia Arist. pugnat cū christi pauliq; doctri. 255.

Opera que cunq; ante charitatem, sunt peccata &
damnabilia indisponentia ad gratiam. 79.

Opera bona non sunt ante fidem & spem. folio 205.

Operum humiorum diuisio est, q̄ aut sunt uirtuosa
aut uitiosa, & taxantur Aristotelia. folio 207.

Opera nihil sunt coram deo, aut omnia sunt æqualia. 51.

Opera nostra bona dei dona sunt, nec plus de illis pre-

- sumere possumus, quam nouissimus peccator. 62.
Opera nostra quam immunda & uitiosa sunt, etiam si a
nobis non videatur. 201.
Opus bonū optime factū est peccatū ueniale. 140, 145.
Opera nostra deo placere nunq̄ debemus dubitare, ali-
as opera perdimus, & frustra laboramus. 138.
Opera bona non alia sunt, quam charitas. 205.
Op̄a legis quō adhuc sunt liata, si reqrat charitas frā-
Nec opib⁹ nec pœnitentijs, nec confessi- (terna. 211.
onibus iustificamur, sed sola fide 109.
Ordo q̄ non sit sacramentum. 7.
Panis substantia in sacramento eucharistie mane-
re assicurit. 33.
Parrisiēses q̄ a calunia non possunt defendi. 2.
Peccata p̄ eos solos dimittūtur, q̄ habent spiritū san. 12.
Peccata deus & semp & gratis remittit, nihil a nobis re-
quirens, q̄ ut in posterum bene uiuānus. 113.
Peccat iustus in omni opere bono. 140.
Peccatū ē, q̄ nō oī tpe penitemus & resipiscimus. 150.
Peccatorū tā multiplices sectioes ex fidei ignorātia feci
Peccata uenialia a mortalibus (rūt theologis t.e. 155.
distincta esse dicentes, quantum errent. 155.
Peccato mortali & damnabili non credere sc obnoxium
deo, est mortaliſsimum. 152.
Pelagianis hæreticas q̄ sint annumerandi. 83. & 201.
Pœnitentiā secundā post naufragiū esse tabulam est falsa
Pœnitentiā a peccatorū detestatione ante (sum. 53.
delectionem iustitiae non mapit. 80.

- Pœnitentia nō incepit a timore, etiam si Iohannes baptista
docuisset esse initium pœnitentie. 96.
- Pœna & culpā simul finire sententia est apostoli. 121.
- Pœna qua deus mult peccatum punire, per hominem au-
ferri non potest. 128.
- Pœnitentie fructus à baptismo non scernendus. 2.
- Pœnitenti quo nobis semp est necessaria. 150.
- Præcipisse dū impossibile q negat pessime facit. 156.
- Præcepta duo ultima decalogi à nullo quantilibet san-
cto hoc, sabbata san (clo impletur. 153. & 160.
- ctificas, non opus præcipitur, sed quies. 163.
- Præceptū dei oē magis positū est, ut ostendat præteritū
& presens peccati, q ut futurum prohibeat. 161.
- Præcepta dei quare nobis data, cū sint nobis impossibia
- Prælati non habent potestatem obligan (lia. 157.
di conscientias. 60.
- Prælatus, si præcipit, præter quod in scripturis eviden-
ter præcipitur, tanq falsus testis dei, & sacrilegus
est habendus. 60.
- De Purgatorio, diuina scriptura nihil habet. 182.
- In Purgatorio existente, non sunt extra statum merendi,
& augendæ charitatis. 184.
- R** eligionis Christianæ una est professio, quam mo-
nasticorum pharisaismus obscurauit. 70.
- S**abbata sanctificas, istud tertium præceptumcessauit
proprie, imò oīa quo ad perfectos. 164.
- Sabbata sanctificas, in hoc præcepto, nō opus, sed quies
Sacerdotium quid sit. 28. (præcipitur. 163.

Sacerdotes sunt omnes Christiani. folio	16.
Sacerdotes quomodo omnes sumus, & quando hac po- testate uti licet. folio	8.
Sacerdotes q. à plebe sint eligendi, aut recusandi. 7. &	
Sacerdotū & monachorū cupiditas, luxus (8. &. 9.	
& iners oīum reprehendit. folio 213. &. 220.	
Sacerdotes, Monachi, & Episcopi, quare in periculo=	
sissimo statu agant. folio	31.
Sacramentorū, q. recēs sit institutio, quō intelligatur. 1.	
Sacramenta quomodo p̄pric accipienda, & quae sunt, de quibus Lutherus disputationat. folio	2.
Sacramenta sive signa quare instituta. folio	23.
Sacramentum novum ecclesia non potest instituere. 4.	
Sacramenta nouæ legis, dare gratiam iustificantem, quo=	
modo hæretici est sententia. folio	130.
Sacramentorū nouæ legis tota efficacia, ē ipsa fides. 45.	
A Sacramentorum catalogo, quare ordo, matrimonium Vnctio, & Confirmatio separantur. folio	2.
Sacramentum ordinis Ecclesia ignorat. folio	76.
Sacramentum eucharistiae accedens ea fiducia, q. con=	
fessus, q. præparatoria premiserit, iudicium sibi man=	
ducat & babit. folio	132.
Sacramenti utrāq; spēcūlūm layas negare, est impium & tyrannicum. folio	36.
Sacrificium unicum, & unica satisfactio, Christus est, & nulla alia externa. folio	26.
Saintiæ sp̄culatiæ, non sunt uere saintiæ, sed pecca=	
ta & errores. folio	239.

- Scripturæ corrumpende libidinem ian fermè trecētis annis patitur Ecclesia à scholasticis doctoribus. fol. 253.
Scholastica, uide Theologia, doctores.
- Spes non prouenit ex meritis. folio 205.
Sperare in Christum, est de se sperare. folio 90.
Signa seu sacramenta, nō sunt iustitia, neq; fructus ius-
Satisfactio Euangelica que sit. folio. 119. (stite. 23.)
Satisfactionem publicam, quando & quare Ecclesia indi-
Satisficeri diuinæ iustitiae, proprio opere uel (act. 119.
indulgentijs est falsum. folio 122.
Satisfactionem probantes dannat propheta dicens, quo-
niam si uoluisses sacrificium dedisse. folio 123.
TAuleri sermones in solida theologia preferuntur
omnibus scholasticis doctoribus. 147.
Theologia cruas que sit, & à scholasticis docto-
ribus sit euacuata. folio 251.
Theologia scholastica est falsa, scripturæ & sacra-
torum intelligentia. folio 241.
Theologia scholastica quando cœpit, tunc euacuata est
theologia cruas, suntq; omnia peruersa. folio 250.
Theologia scholastica pixidi pādore cōparatur. 129.
Theologi scholastici Hemonuisse similes dicuntur, &
Sileno præpostero. folio 111, &. 123.
Theologia scholastica, uide Aristoteles, doctores.
Timor bonus & utilis, quo ab Augustino dicatur. 94.
Nec Timore, nec amore potest homo se erigere ad op-
pesandam gratian dei. folio 87.
Timore ad pñiam Christus nunq; pctores coegit. 51.

- Turcas debellare, est repugnare deo, cum sit cōtra scri
pturas, & uoluntatem dei. 213.
- V**erbun dei clavis est, quae claudit & nemo aper
rit. folio 126. C. 194.
- Verbun dei docere etiam laya debent. folio 12.
- Verbum dei conalijs generalibus nō est subiectum. 193.
- Verbum dei peccata dimittit, sacerdos nullius potesta
tis iura exerat. 16.
- Virtutes omnes morales, non sunt uere uirtutes, sed pec
cata & errores. 239.
- Vnctio extrema, q̄ non sit sacramentum à Christo in
stitutum. 19.
- Votum est lega & arcuāsionis cōparandum. 65.
- Vota non ualere, nisi ad operum iactantiam & p̄e
sumptionem. folio 69.
- Votū asticatis, quā immundum, fœdū, & pericolosum
apud monasticos & sacerdotes. 68.
- Vota ut pr̄s tollantur, aut uitētur, est suadendum. 64.
- Votū piū, & ex deo quod sit. 66. (C. 70.)
- Votum sanctissimum, quod in baptismo uouimus, obsec
ratum à monachis, ad quod expediret reuocari, ne
glectis omnibus alijs uotis. 70.

Inuenies hic lector, Autoritates, Rationes, & San
ctorum Patrum sententias, t. an contr. Parrisienses, quā
contra Latomum, Roffensem, & Romanenses, cete
rosq; ueritatis impugnatores, studiose & appo
site congregatae.

CONFUTA

TIO DETERMINATIO-
NIS DOCTORVM PARRI

sienſū contra M. L. Ex Ecclesia=
ſtias doctoribus desumpta,
denuo recognita &
locupletata.

De sacramantis.

PROPOSITIO prima Martini Lutheri.
Recens est sacramentorum inuentio.
Condemnatio Parrisiensem.

Hæc propositio innuēs recēter ab ho-
mīnibus inuēta esse sacramenta, & nō
a Christo instituta, est temeraria & im-
pia, & manifeste hæretica.

Confutatio condemnationis.

Quo maior Lutherò inuidia moueretur, hanc ppo-
fitionem, dissimilat̄is autoris mentem, satis tum superq̄
literis expressam, truncatim exærperat̄ calumniatores
magistri nostri, & quo uideri posuit conatior, eo odio
suis in ipso statim limine & uestibulo collocaurunt, qua-
fit ut magis uideantur studiose quæsuisse in Lutherò,
quod calumniarentur, quam ut ueritatis studio, studio

A

DE SACRAMENTIS.

sis omnibus recte consularent. Et non possunt mihi non esse suspecta, quæcūq; Parrisienscs Theologi, mente corupti, reprobi arca fidem, in Lutherio, atro carbone notarunt, quando in primis adeo foribus, in columbinas Christianorum simplicitatem inpingunt. A parte nō uno loco Martinus protestatur se de sacramentis disputare, quæ diuinam habet promissionem cum adiuncto signo, cuiusmodi sunt eucharistie & baptismi sacramenta. De pœnitentia alia longe est ratio, quippe cuius fructum à baptismo non seernimus. Nam ut ait Christo. super epistolā ad Hebreos Omelia nona: Vere est pœnitentia, sed baptismus aliis non est. Quicūq; enim baptizantur in Christo, Christum induunt. Et qui pœnitent itadē noua efficiuntur in Christo creatoris, in nouitate uitæ ambulantes. Quare q; pœnitent, in Christo renascat, & quasi baptizatur dū moritur peccatum & uiuit spiritus. Videat hic studiosius lector, quid intersit inter hos baptismi & pœnitentiae fructus, uideat an non baptismi fructus in omnē etatem apud pœnitentem peruidat dum in confessio est omnibus, nihil huic conferre baptismi lotionem quam nō pœnitentia ualde actæ uitæ, Ordine, Matrimonium, Extremā unctionē, Confirmationem non ab rc à sacramentorū catalogo arantur, quippe quæ diuinam non habent promissionem cum adiuncto signo. Quorū usibus nonnihil tamen defert Mar. Lutherus, de quibus suo loco dicturi sumus. Quantum attinet ad hanc pro-

DE SACRAMENTIS.

3

positionem sic opinor interpretabitur, reæns est sacramentorum inuentio (hoc est) nomenclatura septem sacramentorum est reæns, id est, reænter nimirum humilitus inuenta, ut quæ antiquis patribus (dempto uno Dionysio, cuius humilior est hic autoritas quam cui indubitate fides sit adhibenda) planè sit incognitus. Premisit enim proxime Lutherus hæc uerba, Nihil prorsus in reliquis patribus post Dionysium, sâliait de istis sacramentis legimus, nec sacramenti nomine consuetum quoties de his rebus locuti sunt. Hic enim dicit patres sacramentorum uocabulum non indidisse his rebus. Et nō alio loco aperte pronuntiat, Non hæc dico. q̄d damnem sacramenta septem, sed q̄ scripturis ea probari negem. Verum quoniam afferente Hieronymo id quod de scripturis non habet autoritatem, eadem facilitate rejiciatur qua probatur, cur non & quatuor licet rejicare ac repudiare sacramenta, ne pro tantis habentur mysteria? Nō negat itaq; Lutherus synaxim à domino institutam ut labesentes animi huius usu in Christum attollerentur, & mortis Christi semel nostri caussa perpetui commonefierent non negant baptismum ut rem omnino necessariam prædictum & imperatum, uidelicet, ut haec etiā ianua quadam pateat in Christi sacra ingressus. Non negat metanœ fructum omnibus Christianis salutarem, ut que euidentissime arguat inanem & frigidam fiduci opinionem intus cubare in ipsis animi penetralibus, immo

A 2

in hanc affuerantius desendit sententiam, ut gratiam
conferri affueret, si in fide uerbi dei, & diuinæ pro-
missionis hæc sacramenta perapiat Christianus. Tantum
abest ut ab homine uelit inuenta. Nam si ab hominibus
sacramenti rem affereret reænter inuentam, cogeretur
negare gratiam iustificantem in fide diuinae promissio-
nis dari, & sic ueritatem ipsam mendacem constitueret,
quod absit, cum scriptum sit, non hominis, sed domini
est salus. Doceant igitur Parisienses prius quid autorita-
tis habeat Ecclesia in instituendis aut augendis sacramen-
tis, quā furiosorum more & muliebri adeo maledicen-
tia explodant, insectentur, infamant ea, quæ sui capitum
tenebrioso cerebro non assident. Hoc sāo, Ecclesiam
non posse diuinam promissionem dare, quæ data non sit
per Christū, quia impium iustificare nō potest. Id quod
diuimus ille uates dicit: Ego sum qui deleo iniquitates tu-
as, propter me. Quare sacramenta solus habet institue-
re qui iustificat impium & deleaf iniquitates. Quod &
Adria. Adrianus Romanus Pōtīfex nō uidetur negare in qua-
nus. to submonens Ecclesiam ut noucrit se nō esse dominam
sacramentorum, sed ministran, nec posse magis formā
sacramentalē instituere, quam legem aliquam diuinam
abrogare. Quod de sacramentis quibus gratia gratum
Augusti. faciens confertur intelligitur. Hæc ille. Augu. in hæc uer-
ba scribens Ianuario Epistola. iis. numerat sacramenta
a Christo instituta, & memorat nonnulla alia, aut ab

Apostolis aut consilijs tradita, quæ sacramenti voca-
bulo non dignatur. Sacramentis, inquietus, numero pau-
tissimis, obseruatione fallimis, societatem noui populi
saluator colligavit, sicut est baptismus trinitatis nomi-
ne consecratus, cōmunicatio corporis & sanguinis Christi;
& si quid aliud in scripturis canonicas commendatur.
Et subiungit illa autem quæ non scripta sunt, sed tradi-
ta custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruan-
tur, datur intelligi, uel ab ipsis Apostolis uel plenarijs
consilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima autoritas
commendata atq; statuta retineri. Et confert exempla,
Sicut q; passio domini & resurrectio, & ascensio in cœ-
lum, artis diebus celebrantur. Ambrosius item in tracta
tu cui de sacramentis titulum feat, tantum duorum me-
minit sacramentorum, nempe baptismi & synaxeos.
Item & diuus Bernardus sermoe in cœna domini mul-
tas sentit, ut Lutherus, esse sacramenta, sed non secundū
exactam sacramentorum rationem, ut precatio[n]es, uer-
bum, crux, deniq; & pedum lotionē, quibus œu sigil-
lis non indicat dominus gratiam conferri addita pro-
missione. Sic habet Bernardus, duo nobis certiora pre-
dicans sacramenta ad hoc ut inuisibilis gratia, signo ali-
quo uisibili præstaretur, instituta sunt omnia sacramen-
ta, ad hoc eucharistiæ partiacatio, ad hoc pedum abluc-
tio, ad hoc deniq; ipse baptismus, initium sacramento-
rum omnium, in quo complantamur similitudini mortis

Ambro.

Bernar.

eius. Augustinus ergo & Ambrosius atq; Bernardus iudicio Parrisiensium hic censemur temerarij impij & manifeste heretia, q; de sacramentis agentes silentio preserunt ordinem, matrimonium, confirmationem, & extream unctionem, quorum usum Lutherus non repudiat, modo non abutantur ijs Christiani, & si sacramenta neget à Christo instituta, iuxta eam rationem qua uere astruit sacramentum cui ut signo uisibili adiecat ipse Christus gratiae permissionem.

PROPOSITIO secunda Mar. Luthe.

Sacramentum ordinis Ecclesia Christi ignorat.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc ppositio est hæretica, & est error pauperum de Lugduno Albigensi um & Vuicleistarum.

Confutatio condemnationis.

Apostolus diat quosdam dedit Apostolos, secundo prophetas, tertio doctores. Ordinem ergo nouit ecclesia, quis negat? At de sacerdotum diuino sacramentali ordine, ne iota quidem unū commenimit. São doctores uocabulo dignos, qui docent uerbo & uitæ sanctimonia. Ambrosius. i. Corinth. i. Apostolus, inquit, scripsit ecclesiæ Corinthiorū, quia adhuc omnibus ecclesijs nō erant rectores constituti, non potuit igitur esse sacramentum, quod postea etate accepit, ut hic ordinē innuit.

DE SACRAMENTIS.

7

inuestū Ambrosius, Verbum siquidē domini manet in eternum. Interim tamen non negamus diaconos institutos, id est, ministros, non qui Euangelium erudirent, sed qui mensis ministrarent & uiduis. Inter doctores uero & pastores, is Episcopus dicebatur, qui primus erat. Ambrosius. i. Timoth. 3. In aliquibus ergo ecclesijs, ut puta in monasterijs singulos in ordinem redigi constat, ita ut hic primus sit, ille secundus, iste tertius. Item in alijs ecclesijs adhuc ordinantur fossores qui monasteria aperiant, & custodes & ostiarij quos ecclesiæ tamen pro uoto, de munere & officio suo destituunt, etiam pastoris calculo non intercedente. Quare tot sunt ordines, quot sunt ministeria. Ordines autem in grados ecclesiasticos (si fasculo temporū fidem adhibemus) primus redigit, Caius eius nominis primus. Quis uero dignus sacerdos ordinetur. Ambrosius notat li. epistolarum 10. epist. 82. Merito uir tantus euasit, quem omnis eleget ecclesia, & merito creditū qd diuino esset electus iudicio, quē omnes populi postulauissent. Cui consonat illud Cypriani in epist. 4. ad Felicem presbyterū. Plebs obsequens præceptis dominis & deum metuēs, à peccatore præposito separari debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, cum ipsa maxime habeat in potestate uel dignos eligendi sacerdotes uel indignos rejectandi. Quod ex ipsum uidemus de diuina auctoritate descendere, ut sacerdos plebe presente sub omnium

Cypria.

oculis eligatur, & dignus atq; idoneus publico iudicio

Nu. 22. & testimonio comprobetur. Sicut in numeris Moysi precepit dominus dicens: Præhende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium eius, & impones eos in montem coram omni synagoga, & exue Aaron stolam eius, & indue Eleazarum filium eius, & Aaron appositus moriatur illic, coram omni synagoga iubet deus constitui sacerdotem, id est, instruit & ostendit non nisi sub populi assistentis consensum fieri oportere, ut plebe præsente, uel detegantur malorum crimina, uel bonorum merita prædicentur, & sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium suffragio & iudicio fuerit examinata, quod postea secundum diuina magisteria obseruatur, in Actis

Act. 15. Apostolorum, quando ordinando in locum Iude Episcopo, Petrus ad plebem loquitur. Nec hoc in Episcoporum tantum & sacerdotum, sed & in diaconorum ordinacionibus obseruasse apostolos animaduertimus, de quo & ipso in Actis Apostolorum scriptum est, hæc Ciprianus Vbi iam præcor primitiva illa secundum scripturam regulata ecclesiæ facies? Proh nephas. Nam & sic apostoli suffragijs & precationibus creuerunt per singulas ecclesias presbyteros. Vnde & Lutherus his Cipriani uerbis concordans optime dicit in li. de Cap. Babylonia. Liæt, inquiens, omnes nos esse æquales sacerdotes quotquot baptizati sumus. Attamen non liæt quenquam hac ipsa uti potestate, nisi consensu communitatis, aut

uocatione maioris. Quod enim omnium est communis
ter, nullus sibi singulariter potest arrogare, nisi uocat-
ur. Vnde & secularium hominum cœtu e p̄scopū pos-
se elegi, diuinus indicat Hieronymus, Rustico monacho Hicro,
scribens. Ita, age & uiue in monasterio, ut clericus esse
merearis, & paulo post, cum ad perfectam etatem per-
uenieris, si tamen uita comes fuerit, & te uel populus
uel pontifex diuitatis in clerum elegerit, age quæ clericis
sunt, & inter ipsos sectare meliores. Idem patet clas-
se de electione Ambrosiana uiri mundanissimi. Quod
ergo diuersi suerint in Ecclesia ordines libens admitto,
uerum qua ratione ijs sacramenti nomen mereantur, do-
ceant isti magnifica magistri nostri. Ambrosius, ubi enar Ambro-
rasset libellum quæ de sacramentis titulo insignitor, se-
paratim alium de dignitate sacerdotali exorsus est, uelue-
ti insinuans hunc ordinem sacramenti re & uocabulo
non celebratum. Sed forte Ambrosij & Cipriani atq;
Hieronymi leuis apud Parrisienses est autoritas, q; ma-
gisterij titulo, & rabbica illa adsalutatione. M. N. non
sunt iactati. Videat hic candidus lector, & iudicet quis-
q; pius, iure an iniuria hæreticū clament, cui dicta san-
ctorum patrum tantum patrocinantur, & potissimum
diuinissima scriptura.

Propositio tertia.

**Omnes Christiani habent potestatē in
uerbo & sacramento quoconq;**

DE SACRAMENTIS.

Condēna Hęc ppositio est ordinis hierarchici de
to Parri. structiua & heretica, & ē error prefato
rū hæreticorū simul & præpucianorū.

Confutatio condemnationis.

Dicit Augu. sup Iohannem tractatu. 50. Si in Petro nō
esset ecclesiæ sacramentum, non ei diceret dominus, Ti-
bi dabo claves regni cœlorum, Quodcunq; solueris su-
per terram &c. Si hoc Petro tantum dictum est, non fa-
iat hoc ecclesia. Et subdit: Si in ecclesia fit, quando cla-
ues accepit, Ecclesiam sanctificauit, & in præfatione
Psalmi. 108. Quædam dicta sunt ad Apostolum Petrum,
nec habent illustrem intellectum, nisi cum referuntur
ad ecclesiam, cuius ille agnoscatur in figura gestasse per-
sonam. Sicut est illud: Tibi dabo claves &c. Ian omnes

Augusti. Christiani sunt ecclesia, ut ait Augu. sup Psal. 122. qua-
re omnes Christiani hanc potestatem in uerbo & pot-
estate acceperunt. Idē notat Augu. in Apocalypsi ca. 2.
sermone. 1. Deniq; sup Iohannem sermone ultimo aper-
tissime contestans. Ecclesiæ, inquit, Petrus Apostolus
prop̄ter Apostolatus sui primatum, gerebat figuratam
generaliter personam. Quod enim ad ipsum propriè
pertinet, natura unus homo erat, gratia unus Christi-
nus, abundantiore gratia, unus idemq; primus aposto-
lus. Sed quando ei dictum est: Tibi dabo claves regni
cœlorum, Quodcunq; &c. uniuersam significabat ec-
clesiam, que in hoc sāculo diuersis tentationibus ue-

ut imbriū fluminibus & tēpestatibus qualitur, & non
adit, quoniā fundata est supra petram, unde Petrus no-
men accepit. Non enim à Petro petra, sed Petrus à pe-
tra. Sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à
Christo vocatur. Ideo quippe ait dominus, sup hanc pe-
tram ædificabo ecclesiam meā, quia dixerat Petrus: Tu
es Christus filius dei uiui, sup hanc, inquit, petrā quam
confessus es ædificabo ecclesiam meam. Petra enīm erat
Christus, super quod fundamentum etiam ipse ædifica-
tus est Petrus. Fundamentum quippe aliud nemo po-
test ponere præter id quod positum est, quod est Chri-
stus Iesus. Ecclesia ergo que fundatur in Christo, cla-
ues ab eo regni cœlorum accepit potestatem ligandi
soluendiq; peccata, Quod est enim per proprietatem
in Christo ecclesia, hoc est per significationem Petrus
in petra, qua significatione intelligitur Christus petra,
Petrus ecclesia. Idem ibidem. Omnibus sanctis ad cor- August.
pus Christi inseparabiliter pertinentibus, propter hu-
iūs uite proællosissime gubernaculum ad liganda &
soluenda peccata, claves regni cœlorum primus Apos-
tolorum Petrus accepit. Ac deinde de Iohanne Apos-
tolo. Nec iste, inquit, solus, sed uniuersa ecclesia ligat,
soluitq; peccata. Cæterum ecclesiam esse congregatio-
nem prædestinorum, ex ipsis liquet præallegatis Au-
gustini uerbis. Nam superius exponens, que sit uniuer-
salis ecclesia, ligandi soluendiq; peccata, potestatem na-

1. CO. 10.

DE SACRAMENTIS

Eta. Hæc, inquit, est, sancti ad corpus Christi inseparabiliter pertinentes, de qua materia plenius cum Iohāne Hus

Augusti. agit Augustinus super Iohannis caput. 10. Vnde qui nō sunt ecclesia, esto sit papa cum omni sua curia, per hos non potest uel minimum solui peccatum. Nam ut ait beatus Cyprianus Epistola. 5. ad Magnū, probat, inquiēs,

& declarat in Euangelio suo dominus, per eos solos posse peccata dimitti qui habent spiritum sanctum. Post resurrectionem enim discipulos suos mittens loquitur

Ioh. 22. ad eos & diat. Accipite spiritum sanctum, si cuius rem scritis peccati, remittuntur illi. Quo in loco ostendit eum solum posse remissionem peccatorum dare, qui habet

Cirillus. spiritum sanctum. Cui astipulatur Cirillus in eiusdem loca expositione. Deniq; omnes Christianos habere eandem

Act. 5. potestatem in uerbo, patet Actorum. 5. de Stephano, qui non ordinatus ut Euangilium prædicaret, sed ut bona nuntiantibus & uiduis ministraret, attamen oportuni sermocinandi tempus natus, non potuit non loqui quem uidit, audiuit & legit, ut apostolica acta declarat. Hoc ipsum & Paulum omnibus concidere Christianis patet.

ad Hebreos. 5. Etenim, inquiēs, cū debeat is esse doctores propter tempus, rursum opus habet is ut docamus

Chrysost. nos quæ sint elementa initij eloquiorum dei, ubi Chrysostomus, ostendit, inquit, quia & layi debent docere. Quemuis doctore & interpretetur nō rejicit Paulus à consensu etiam doctissimorum, quo loco monet superiores,

Si quid reuelatum fuerit affidenti, et generatim omnibus docendi munus permittit praeterque mulieribus, quas monet ut viros domi interrogent, frustra id praeciputrus nisi liberum esse uoluit omnes in uerbo eandem habere potestatem. Spiritus sancti afflatus non moratur episopalem ordinationem et characteris illius impressionem, cum spiraret ubique; uelit, maxime autem, ubi minimum uidetur spirare, proptereaque humilibus locupletem infundatur gratia. Verum enim uero non permisum est cuilibet publicum docendi munus obire, nisi uocato, quem an sacramenta administrarephas sit sequens locus dabit.

Propositio quarta Mar. L.

Claves ecclesiæ sunt oībus cōmunes.

Condemnatio Parrhisiensium.

Hæc ppositio est ordinis hierarchici destructiva & hæretica, & est error profatus hereticorum, simul & pepucianorum.

Confutatio condemnationis.

Confirmatur hoc axioma per apostolum, qui scipsum R. o. s. nobis donauit, quod non etiam omnia nobis cum illo donauit? Nam si claves sunt aliquid (quod negari non potest) quomodo non sunt omnibus Christianis traditæ? Praeterea scriptum est: Data est mihi omnis potestas in celo et Mat. ult. in terra. Et alibi: Anima iusti sedes est sapientie, modo Christus qui factus est nobis a deo patre sapientia, habebit in corde uiri iusti, habet ergo omnem potestatem quis-

Grego. quis Christum habet. Verū est tamen q; quisq; suo ministerio & uocatione contētus esse debeat. Alioquin perditurus est Christum & potestatem, si suos limites propria temeritate transgrediatur. **Quanq; enim**, ut ait Gregorius moralium lib. 21. Omnes homines natura aequalis genuit, sed uariente meritorum ordine, alias oculata dispensatione postposuit, ipsa uero diuersitas que accedit ex uitio diuino dispensatur iudicio, ut quoniam omnis homo iter uite non graditur, alter ab altero regatur. **Quis negat obsecro baptismū à layo collatum sortiri effectum?** An nō & p baptismum layā remissio datur baptizato, si in fidem suscipiat? Miror num sine clavibus id ministerij agat laycus. Et quoniam Ambrosius in li. de poenitentia cap. 7. affirmat, nihil interesse inter sacramentū baptismi & poenitenti.e. Liquere arbitror patrem potestatem cuius layo competere in poenitenti.e ministerio, idq; uirtute clavium. **Quas omnibus Christianis esse communes aperit** contestatur Augustinus super illa domini uerba id ipsum indicantia. **Quaecūq; alligueris super terrā, crunt ligata in cœlo.** Et quæcūq; solueritis super terram, soluti crunt in cœlo. **Mathei. 13.**

Origenes Vnde & Origenes, **Quicūq; inquit, uestigia Petri imitatur**, habet recte ligandi & soluendi potestatē. Et que sunt uestigia Petri, nisi excellentior uia charitatis quam exactissime expectebat ab eo dominus cum percontabatur ingeminando, Simon diligis me plus his. **Quapropter**

ter optime Augustinus super Iohannem ecclesie claves Augusti.
 explicat charitatem per spiritum sanctum in cordibus filiorum regni diffusam, Ecclesiae, inquietas, charitas quae per spiritum sanctum diffunditur in cordibus eorum qui particeps sui sunt peccata dimittit, eorum qui non sunt tenet. Nam qui uere est Christianus et ecclesie filius, habet ecclesie et patrem et caput Christum. Habens autem Christum habent charitatem: Deus enim charitas est, habet igitur secundum Augustinum potestatem ligandi et soluendi in sacramento quoque. Soluere enim est, confratrem charitatis similitudine in consortium reappere, ligare autem, dissimilitudine a consortium excludere. Et quoniam sic in consortium similitudinis recipere pictatis magis sit quam autoritatis, quisque uere Christianorum nullo uel sexu uel conditione prohibetur, ut ait Basilius, liber Veselus
 gare et soluere. Nam Christianus spiritus sancto plenus, si secundum traditionem Christi et Euangelij ministret proximo sive fidei uerbum, sive charitatis exemplum, aut mysteria gratiae, aut praecpta salutis, et auditor fidelier accipiat, reuera fidei, doctrinae, et pietatis minister, qui a foris dei cooperator est, soluit et ligat in terra, soluta et ligata in celis, sed ministerio non impi. Quomodo enim unus est qui baptizat in spiritu sancto autoritate et impi (ut Augustinus super Iohannem late Augusti. ser. 4.) sic unus tantum qui ligat et soluit, ut ait Ambro. Ambro. fuis: Verbum dei dimittit peccata, sacerdos est iudex san-

cerdos quidem officium suum exhibet, sed nullius potest statis iura exerat. Idem ait ille solus peccata dimittit, qui solus deus peccatis nostris mortuus est. Idem super. 1.

Ambro. Corin. 1. cap. 12. peccata autem dimittere, & spiritum sanctum dare solius dei est. Si ergo effectum salutis deus dedit, nulla gloria in hac re hominis est. Hæc ille. Atter-

Augusti. dant hæc Papistæ Augustinus contra Julianum: Nemo tollit peccata nisi solus deus, qui est agnus tollens peccata mundi. Docet hic Parrisiensi, num qua alia via quam charitatis communione ad quoscumque etiam laycos proficiatur clavum usus, qui in verbi ministerio & fide suscipientes potissimum regnat?

Propositio quinta Martini Lutheri.

Omnes Christiani sunt sacerdotes.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc propositio est ordinis hierarchici destructiva & heretica, & est error profatorum hereticorum simul & pepucianorum.

Confutatio condemnationis.

Hiero. Diuus Hieronymus Malachia. 1. in hæc uerba dicit. Genus regale & sacerdotale sumus omnes qui baptizati in Christo, Christi consenserimus nomine. Et Petrus. 1. Pe. 2. Vos autem genus dilectum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. An hæc solis obsecro scripsit sacerdotibus? Huic sententiae & illud consonat. Fecisti nos regnum deo & sacerdotes, & regnabimus super-

DE SACRAMENTIS.

17

per terrā. Hoc ipsum ceanit Ecclesia in octauis pascha libus. Ad hæc Ambrosius in Lucam lib. 2. capite. 6. Da= Ambro. uid, inquit, cum esuriret ipse cum socijs panes proposi-
tionis sumpsit, quos nō licēbat manducare, nisi solis saer-
dotibus, ut per illam monstraret figuram, saerdotalēm
ābum, ad usum transitorum esse populorum, siue q̄ om-
nes filij Ecclesie sunt sacerdotes. Unimur enim in saer-
dotium sanctum, offerentes nosmetipsoſ hostias spiritu-
les, de quo rationali sacrificio Paulus ait, scribens Ro= Rō. 2.
manis: Obsecro uos per miserationes dei, ut prebeatis
cor p̄ tua, hostiam uiuentem, sanctam, acceptam deo
rationalem cultum uestrum, non iudeorum instar, p̄ ea-
ualem, sed rationalem, nimirum ipsum hominem sen-
tiens, Bernardus in sententijs, ab his patribus non dif-
fentit. Reges sunt, inquit, & sacerdotes omnes electi &
eos oportet olco unctionis inungi. Videlur ergo eadem
nota insamari, Petrus Apostolus, Iohannes, Hierony= Bernar-
mus, Ambrosius, Bernardus, qui Lutheruſ suffragan= tur, qua h.e.c p̄positio traducatur, sumus itaq; singuli qui
q; ueri saerdotis quatenus mortificantes membra nostra
que sunt super terram, & sacrificium spiritus concri-
bulati, cordis q; contriti, alaſſimo offririmus. Una uide-
liat spiritus unctione delibuti, & Christo Iesu per mor-
tem eius in quā baptizati sumus in authorati. Scriptum
est enim, & erunt omnes theodidacti. At sacerdotes,
quos ordinatos diamus ex Ecclesiæ instituto, ut pax

B.

1. Cor. 4. Christiana & ordo certus constaret, uerbum dei publice administrare habet, quod dum faciunt dispensatores tan
tū agunt uerbi nō im patores auctore sue. Iuxta id Apo
stoli, Sic nos existimet homo ut ministros Christie & dis
pensatores mysteriorum dei. Cui sententiae adde Cypria
num scribentem, confratri suo Cornelio, hoc est, summo
pontifia. Saecordotes, inquit, id est dispensatores, populi
uniuersi suffragio in pacē deliguntur.

Propositio sexta.

Confirmatio et extrema vncțio nō sunt
a Christo instituta.

Condēna Hæc propositio est hæretica & pro pri
tio Parri= ma parte est error Albigentiū & Vuſ
ſiensium. cleistarum, pro secunda uero est Heſ
racleonitarum.

Cōfutatio Ut donem epistolam quæ Iacobo ascribitur canonis
condēna scripturis annumerari, de qua tamen probabiliter est
tionis. dubitatum, ut patet per diuum Hieronimum in cathalo-

Hiero. go uirorum illustrium, attamen unctionis extreme
usum pro sacramento haberi à Christo, non proba
tur, Neq; enīm hic Iacobus audet adiungere(quemad
modum Paulus) ego accepi à domino, quod ex tradi-

Iaco. 5. dit uobis Augusti. Iacobum interpretatur hoc loco, sed
longe diuerso modo sermone. 212. ubi dicit, Quoties
aliqua infirmitas superuenierit, corpus & sanguinem
Augusti. Christi ille qui ægrotat accipiat, & uide corpusculum

suum ungat, ut illud quod scriptū est, impleatur in eo,
 Infirmitur quis in uobis inducat presbyteros, ut orent
 super eum ungentes cum oleo, Hic perspicuum fit per
 dei unctionem, eucharistiæ sacramentum designari, tā-
 tum abest, ut sancti doctores hunc dei usum sacra-
 menti uocabulo celebrarint. Quod si omnino conuina pos-
 sit ex sacris literis esse sacramentum à domino institu-
 tion, id tamen ex Scholasticorum sententijs probari non
 posset, dum ipsi extinguiunt unctionis rationem, con-
 tra Apostoli mentem, non parui criminis rei fiunt. Sic
 habet ille, Infirmitur quis in uobis, inducat presbyte-
 ros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum in no-
 mine domini. Et obsecratio fidei saluum reddet laboran-
 tem, & eriget eum dominus, & si in peccatis fuerit, re-
 mittentur ei. Infirmitur, inquit, quis inter uos, non ait,
 si sit in mortis articulo, ut docent Schole. Item orari &
 ungi precepit, ut oratio in fide postulata, non unctione, sa-
 naret infirmum in anima per peccatorum remissionem
 & in corpore ne moreretur, à quo in instituto toti dissenti-
 unt scholastici, dum non concordant uolunt unctionē
 nisi iam agentibus anima, quo sit ut cum Apostolo pu-
 gnent, & si uitatem infirmis non preventur. De hac aut
 unctione, que non sacramentum, sed ritus quidam primi-
 tiu[m] Ecclesiæ ad nos deriuatus uidetur, loquitur Marcus Mar. 6.
 cap. 5. Et egressi disapuli, predicabant ut resipiscerent,
 & demonia multa ejacabant, & ungebant oleo mul-

tos egros et sanabant. De sacramento autem confirmationis, quod uocabulum manuum impositioni imposuit posteritas, non video quid Christus instituerit, manus dominus parvulos contingebat, Apostoli imposita manus spiritum sanctum declarabant iam datum, et presbyteros in uerbi ministerium euocabant, ut Paulus Timotheo, Nemini atque manum imposueris, quae qua ratione ad confirmationem torqueantur, Sorbonea magistri nos doceant queso. At quoniam Lutheri lucidam sententiam nulla ratione conuellitis, nec prior propositionis pars conuincetur esse heretica, nec erronea posterior. Tantam fidem hic nobis facere non possumus, ut quodcumque ipsi tanquam ex uestro capiti assuatis pro sacramentis protinus habeatur, quando ex sacris literis tantum harum rerum iudicium petendum sit. Nam et Apostoli in Actis et Paulus, doctrinam suam auctoritate scripturarum comprobant: Quo arca docte nos felicius uerba dei, aut huiusmodi temerariis parate iudiciis, ignota probantes per magis aut eque ignota, quid enim docent hic portenta, immo terriculamenta quedam uerborum, Error Pepitianorum, Vuicleistarum, Heraclionistarum et Albigenium. Nihil potest aut doctorum aut conditorum auctoritas in destructionem fidei. Destruit autem ea fidem, dum nouos condit articulos fidei, ut ad salutem necessarios, id est sicut uerbo. Porro consilium Iacobi et confirmationis usum non tollimus, sed sacramenta negamus.

à Christo instituta.

Propositio septima Mar. Luthe.

Missa passim creditur esse sacrificiū qđ
offerit deo. Inde Christus hostia altaris
dicitur. Sed Euangeliū nō sinit missam
esse sacrificium.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc ppositio quo ad secundā partē,
scilicet, Sed Euangeliū nō sinit &c, est
impia, in sacrosanctū Euangeliū blas-
phemia ac haeretica, put uocabulo Mis-
sa cum Gregorio utimur.

Confutatio condemnationis.

Scribit Moses, Omne sacrificium sacerdotū igne con-
cremetur, nec quisquam comedet ex eo. Et Hebreos. 9. Leui. 6.
Neq; ut sepe offerat seipsum, quemadmodum p̄tifex Heb. 9.
intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno,
alioquin oportet eum frequenter pati ab origine mun-
di. Nunc autem Christus semel in consummationem sē-
culorum per proprium sanguinem introiuit in sancta,
eterna redemptione inuenita. Et in alio loco Aposto- Rō. 6.
lus, Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur,
mors illi ultra non dominabitur. Ex quibus patet, solum
Christum dīa & esse uerum sacrificiū, semel deo pa-
tri oblatum & nō missam, in qua solum memoria habe-

tur ueri illius sacrificij, semel deo patri à Christo obla-

Augusti. ti. In hanc sententia est Augustinus ad Bonifacium Epis-
tola. 23. & super Psal. 20. Certum habemus quia Chri-
stus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ul-
tra non dominabitur, tamen ne obliuiscamur quod semel
factum est, in memoria nostra omni anno fit, saliat quo

Ambro. ties pascha celebratur. Item Ambrosius, in Christo semel
oblata est hostia ad salutem potens. Quid ergo nos?
Nonne per singulos dies offerimus? Et si quotidie offe-
ramus, ad recordationem eius mortis fit, & una est hos-
tia, non multæ. Sic etiam dicamus, hodie est resurrectio
domini, id est, hodie reuocamus ad memoriam resurrec-
tionem dominicam.

Cypria. Vnde & Cyprianus libro Episto-
larum suarum. 20. Epistola. 3. ad Cealium, Passio domi-
ni, inquit, est sacrificium quod offerimus, non ait missa.

Augusti. Adde his omnibus Augustinum li. 4. ca. 14. de trinitate,
ubi clare monstrat, qd; quatuor considerantur in omni sa-
crificio, saliat cui offertur, quid offertur, à quo offer-
tur, & pro quibus offertur, ostendendo, qd; ista quatuor
concurrent in Christo, qui unum cum illo manebat cui
offerbat, & unum in se faciebat pro quibus offerebat,
& unus ipse esset qui offerebat, & quod offerebat.
Verum qd; Euangeliū non finit missam esse sacrificium,
multis & efficacibus autoritatibus & rationibus pro-
bat. L. cum aliis, tum in libello cui de missa titulum in-
didit. Missa enim ucre & pprie, est ipsum uerbum p-

missionis, cum signo adiecto panis & uini. Nam si cetera omnia desint & credideris his uerbis Christi, Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur, uere integrum missum habes. Deinde, si acceperis signum eadem fide, usum & fructum misse accepisti. Itaque missa non est opus neque sacrificium, sed uerbum & signum diuinæ gratiæ, quibus erga nos uitetur, p fide in eum erigenda & confirmanda.

Preterea Philippus Melanchthon aliquot ppositiōnibus, breuiter & crudite rationem, usum & fructum misse ostendit, quas placuit hio adiūcere, ut magistri nostri Parrisienses intelligent quid damnent.

PROPOSITIONES DE MISSA

Philippi Melanchthonis.

- 1 Euangelium tria tradit, doctrinam fidei, doctrinam operum & signa promissionū, seu uerbi fidei.
- 2 Fides est iustitia.
- 3 Opera sunt fructus iustitiae.
- 4 Signa, neque iustitia sunt, neque fructus iustitiae.
- 5 Adeoque nec bona op̄s, nec sacrificia sunt, que pro remissione peccatorū im petranda offeruntur.
- 6 Sed res, quibus & admonemur uerbi fidei, & certificamur.
- 7 Duo signa sunt noui testamenti, id est, d'misse gratiae, Baptismus & participatio mense domini.
- 8 Signa traduntur in hoc, ut admoneant, & cor certificent.

tificant de uoluntate dei.

- 9 Quod signorum usus est in consigniis epistolis.
- 10 Ut intueri pictam crucem, non est bonum opus, sed signum admonens mortis Christi.
- 11 Ut intueri solem, non est bonum opus, sed signum admonens Euangeli seu Christi.
- 12 Ita nec participatio mensae domini, bonum opus est, sed signum admonens gratiae donatae per Christum.
- 13 Sed hoc differt participatio mensae aut picti crucis, aut solis conspectus, quod sol, picta crux, non sunt signa a deo instituta, quibus certe significatur mihi donatum esse gratiam.
- 14 Signa ab hominibus reperita admonent tantum, signa a deo tradita, praeterque admonent, certificant etiam cor de uoluntate dei.
- 15 Non ideo imagines probo, sed haec de imaginibus exempli gratia dixi.
- 16 Sic apud se homines cogitauit, Evidem libenter credere deo, si mecum sic, ut cum patribus, colloqueretur, si fauoris sui signa mihi quoque ostenderet, ut patribus. Quando enim mihi coram dixit, sicut Abraham, Ego pector tuus? Aut signum tale ostendit, quale illi, cum per filio immolando supponeret aritem.
- 17 Ut haec diffidentia humani pectoris subleuetur, ad uerbū signa sunt addita, sicut in omnibus historiis

rijs scripturee adparet.

- 18 Multa erant Gedeoni signa, è quibus colligere potuit, non defuturum dominum populo bellum illaturo Palæstinæ, sed utrum per se bellum uellet inferri dubitabat.
- 19 Ideo certū signū à deo possetbat, quo certo saret suis manibus, se duce, populum seruandum esse.
- 20 Ita Christianis multa gratiæ signa sunt, nempe omnia Christi miracula, sed ea ad hoc non sunt instituta, ut certo significarent ad nos pertinere gratiam.
- 21 Vnus ergo, ac solus hic missæ usus est, certificare fidem cordis per eam.
- 22 Atq; hic usus signi, quā sit necessarius consciencie, et quam iucundus sp̄iales facile intelligunt.
- 23 Quid enim potest lætius accidere conscientie, q̄ accipere signum certum diuine uoluntatis.
- 24 Ni certificetur conscientia, dc uoluntate dei, impossibile est eam subsistere.
- 25 Sicut pieta crucis contuitus, non iustificat,
- 26 Sicut Gedeonē uelleris acceptio, nō iustificat.
- 27 Ita, nec missa iustificat.
- 28 Sicut intueri piætatem crucem, nō est eiusmodi opus, quo uel pro nostris, uel pro aliorum peccatis satisfiat.
- 29 Sicut acceptio uelleris Gedeoni, non erat eiusmodi

- opus, quo pro peccatis eius satisficeret.
- 30 Sic nec missa sacrificium est.
- 31 Vnicū sacrificiū, unica satisfactio Christus est, praeter hunc, nullum est externum.
- 32 Significabat uellus gedeoni à deo successum donatum.
- 33 Ita significat participatio mense nobis in Euangilio donatam gratiam.
- 34 Nihil offrerebat Gedeon in eo q[uod] uellus accepiebat.
- 35 Ita nos nihil offerimus, mense participantes.
- 36 Ergo nec p[ro] alijs offerri panis potest.
- 37 Vnica oblatio p[ro] peccatis nostris Christus est, praeter hunc nulla est externa.
- 38 In Christo, mortificatio uerbi statis nostrae sacrificiū est, & oblatio.
- 39 Nō item eiusmodi missa est, quæ quo sepius ingeminetur, eo plus offerat deo.
- 40 Sicut p[ro] se quisq[ue] baptizatur, ita p[ro] se quisq[ue] participat mense.
- 41 Recte participat, si uelut signa ad confirmandam fidem utitur.
- 42 Peccat q[uod] participat in hoc, ut deo aliqd offerat.
- 43 Missa usus nullus est, nisi admonere p[ro]missa gratia, & certificare cor de promissa gratia, de uoluntate dei.
- 44 Adeòq[ue] sine uerbo inutiles sunt missæ.
- 45 Et semper signo, incompabiliter uerbum potius est.

- 49 Carere signo potes, uerbo nō potes.
 47 Imò si desit uerbum, quid sāas significari?
 48 Abusus missæ p magistratus tolli debet.
 49 Nō aliter, atq; sustulit æneum serpentem Ezechie
 lis, aut excelsa demolitus est Iosias.
 50 Sunt abusus, q; p alijs, p pecunia, q; à coactis, q;
 ab ignorantibus uerbi & fidei, celebratur.
 51 Sed abusus abominabilior est, cum p satisfactione,
 p peccato, p bono opere, p sacrificio missa hy=
 pocritæ utuntur.
 52 Et layā abutuntur mensa domini, cum per id opus
 sc pecata sua delere credunt, seu p peccatis sa=
 tisfacere.
 53 Nam p signo debebant uti, quo admonerentur tan=
 tum pmissæ gratiae in Euangeliō, & quo certifi=
 carentur, de benevolentia dei erga se.
 54 Nō plus pdest spectatori missa, quam pdest intue=
 ri pictam tabulam.
 55 Māducāti pdest, si p eā admoneatur & certificatur.
 56 Propter leuem missarum abusum Paulus scribit Co
 rinthios pestilentia multatos esse.
 57 Nos pp̄ter tantum abusum, non dubium est, quin
 bellis, pestilitate, & quod est miserrimum, cæsi=
 tate puniantur.
 58 Eo pertinacius aduersandum est missarum abusui,
 quo peccantur occultius.

- 59 Maxime, cū tantū peccatum publicæ ignorantie,
sit singulorum peccatum. Nume. 15.
- 60 Hactenus de participatione mensæ, Nunc de ora-
tionibus.
- 61 Crationes saecordotis in missa, nihil præstant laya
orationi.
- 62 Omnes enim saecordotes sumus.
- 63 Nec aliud est saecordotium, quā ius orandi, seu inter-
pellandi deum, & offerendi deo.
- 64 Anathema sint Thomas & Scotus, qui huius abu-
sus missæ auctores sunt.
- 65 Anathema sint Episcopi & Schole, qui impictati
missarum nō aduersantur.

Propositio Octava Martini Lutheri.

Manifestus ē error missam applicare
seu offerre p peccatis, p satisfactionis-
bus, p defunctis a quibuscūq; necessi-
tatibus suis aut aliorum.

Condemnatio Parricidiorum.

Hæc ppositio est in ecclesiā catholicā
Christi spōsam cōtumeliosa & hæreti-
ca, & est Erianorū hæreticorū & Arto-
rytarum erroribus conformis.

Confutatio condemnationis.

Contumeliosus proh pudor ipse ansetur Christus,

Sed à peccatoribus, et pharisaico supercalio, qui apud Matthæū aliud imperat discendū q̄ sacrificare. Disāte, Matt.12.
 inquiens, quid est, misericordiam uolo, non sacrificium. Et.9.
 Holocaustum pro peccato non postulasti, ait Propheta. Psal.29.
 Tunc dixit, ecce uenio. Holocaustis nō delectaberis, sed Psal.50.
 sacrificiū deo complacūtū, spiritus contribulatus ait Da= Psal.49.
 uid. Sacrificium autem laudis honorificabit me, et illic
 Et c. Non prohibet Lutherus precatiōnibus mutuis de=
 um sollicitare. Iuxta illud, Orate pro inuiātū, ut salue=
 mini, id quod Euangelicum est et uere Christianū, nā
 non alia de causa, teste Cypriano, Christus pluraliter
 precandum instituit, q̄ ut pro pluribus semper orare= mus. Sed quid hoc cōmune habet cū applicatione, pre=
 cari quidem possumus, imò debemus, sed diuine munifi= centiae est, beneficio affiāre quos uult. Stulta et ridicula
 est temeritas, q̄ nos impium, cum dei uoluntate pu= gnantes, beare uolumus labiorum nostrorum fructibus
 quibus nobis ipsi nihil lucramur. Conatus siquidem no= stri nequeunt ex impio reddere pium, ex iniquo iustū,
 ex infidele Christianum. Hoc est enim deum de cœlo de= duere, et nostris imperijs subdere. Que non præde= sinata sunt ut siant, neutiquam obtinebuntur orationi= bus. Que autem secundum diuinę uoluntatis beneplā= atiā præordinata sunt, illa non contingere impossibi= le est. Quoniam uero ipsi esuriētes a deo exsatiamur, in= opes locupletamur, nudi contegimur, infirmi robora=

mur, cœā illuminamur, quoties sacrum peragimus, cū
 in Christum bene creduli, famesæntem animam facian-
 dam offerimus, cum in opiam nostram aperimus, cū nu-
 ditatem uere confitemur, cum infirmitatem non dissi-
 mulamus, cum deniq; cœatatis nostræ misericordiam, ex ani-
 mo agnoscentes, lucem illam diuinæ gratiæ ardenter
 suspiramus. Nihil est q; ipsi audaculi temerarij, et ma-
 le fani, alijs uel uiuis uel uita defunctis impeditus, com-
 municamus, offerimus, quando hæc omnia in solius dei
 manu sita sunt, quatenus nostras precatio[n]es uel exau-
 diat uel reijacat. Si unius sunt energie sacramentum ba-
 ptismi & eucharistie, qui fit, ut non pro alijs baptize-
 mur, uti sacrum alijs applicamus. Sicut ergo nullus po-
 test pro alterius salute baptizari, ita nec sacramentum
 perapere aut missam offerre. Si enim in hoc sacra-
 mento baptismi nullum est opus bonum communicabile alijs
 nec in missa erit ullum, Nam Christus in sacratissima il-
 la coena nobis se[lf]e reliquit sub hoc sacramenti symbo-
 lo æternæ hereditatis pignus, ijs tantum profuturum
 pro quibus sanguis illic erit effundendus, hoc est, qui-
 bus ipse uellet.

Propositio nona Martini Lutheri.

Nō est dubium uniuersos hodie sacerdos-
 tes & monachos cū Episcopis & oibus
 suis maioribus esse idololatras i statu.
 Periculosisimo agētes ob missę seu sa-

cramenti ignorationem, abusionem & irrisionem.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc ppositio ē falsa, maxime scāda losa, uniuerso Ecclesiastico statui cōtus meliosa, arrogāter & stulte ,plata. Et in eo qđ prætēdit neminē in statu salutis esse, nisi qui hmōi errorib⁹ acquiescit, cū Donatistarū Ascitarū & Apostolico rū pfidia cōueniens afferentiū, nō nisi apud se remāsisse Ecclesiam dei.

Confutatio condemnationis.

Quod minime sit scādalosa, satis clare patet syncreti oris iudicij iuris. Per Apostolum, Vanitati omnis crea= R.o.s. tura subiecta est, et uanitas, teste Ambrosio, est quod= Ambro. dan idolum. Idolū autem nihil est. Nihil ergo sunt quæ animis sacerdotum tam misere imponunt, ut plus reue= rentiae et uenerationis habeant ijs rebus, quæ foris car= neis oculis subiecta sunt, quā quæ in anima fidelis ho= minis peraguntur. Quæ omnia si quis recte secum ani= mo reputet, uidebit in periculosisimo statu hos Episcopos, monachos sacrificios uersari. Dum se credunt hoc dignius et uerius confitcre, qđ holoserico, purpura, un= dilata ueste, albis angulis circumamicti, et alijs creatu= ris in huc usū destinatis, ut putta faib⁹, pallis, organis,

Sicut admotis, rcm faciūt sacram, quam si laycus in humilitate cordis sui prostratus, anhelus gratiam suspirans per fidem, Christum in se euocet, per quod huic iuxta

Roma. 5. Apostolū, charitas dei diffundatur in corde suo per spiritum sanctum qui datus est ei. Hic enim de se penitus desperans oculisq; humiliiter in terram defixis, pectus lachrymabiliter tundens cum publicano iustificatus a conspectu dei abit. At illi inflati operum suorum fiducia, ac ceremoniarum suarum elegancia elati, uesteq; pomposa glorioſi, sicq; sui (pharisei more) iactatores, diuinū magis exasperant uultum q̄ emolliant. **Quis missæ usum** hodie habet celebrem, iuxta præscriptum Christi? An non ab exeratamento fidei degenerauit ad uanam superstitionem, dum neglecto dei uerbo, quod hic impensis frangendum esset in populo, tantū Simias quasdam purpuratas sacerdotes missarij referunt. **Quotusquisq; est**, qui non hoc animo sacrum adeat, ut deo patri Christum offerat, non accipiat. Taceo tauponam quandam bonam sacrificorum partem exercere. Taceo nihil interessere quid oculis tuis foris agitur, sacrum ne prophaniū, dum animus intus nō assentit spiritus operationi, quam non missæ impetrat ratio, sed una etiam laycorum ardens in deum fides, iam facile liquet sacerdotes haud quaquam euangelicæ uiuere, cum non missarum regnum, in modo negotiacionem, sed uerbi dei cultum magis præcepti sunt tractare. Nam ut ait Cyprianus sermone

.5. delape

9. de lapis, Episcopos, id est, Saerdothes ornamento ceteris esse oportet & exemplo. Ipse enim dominus, qui in Euangelio in uerbis est Doctor, & consummator in factis, iubet saerdotibus suis exemplo, ut sint sal terre per bonam conuersationem, & lux mundi per prædicationem. Sic enim Malachia. 2. describitur: Labia saerdotis custodiunt sacerdiam, & legem ex ore eius requirent, quia angelus domini exercituum est. Quo contra Osee. 4. diatur: Qui tu repulisti sacerdiam, repellā Mala. 3. & ego te, ne saerdotio fungaris mihi. Non enim, ut ait Hieronimus in Epistola ad Heliodorum, ecclesiastica Hierony. dignitas facit Christianum. Sed nimis disipulū Iesu amat plurimū. Lutherus mentē suam satis expressit in captiuitate, quam uel ob nimiam pertinaciam intelligere recusatis aut dissimulatis, ne hic uestra maiestas theologia grauiter periclitetur.

Propositio decima.

Credo firmiter panē esse corpus Christi, ait Luther.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc credulitas Lutheri est absurdā, hæretica, & olim damnata.

Confutatio condemnationis.

Absurda quidem hæretica, & olim damnata est ea credulitas, sed à scolasticis questionarijs. Porro dominus benedictum corpus suum panem appellat, dicens,

Iohann. 6. Ego sum panis qui de cœlo descedi . Et iterum : Panis quem ego dabo , caro mea est pro mundi uita . Eia Iesu bone , Nunquid tibi , cum eterna sis sapientia , sedendū erit in medio Doctorum Parrisiensium , quo ab illis loquendi formam condiscas ? Equidem uerbis tuis fidem adhibere malo , q̄ hominibus mendacissimis . Quod si

Cipriano omnis homo mendax , ut ait Ciprianus lib. epist. 4. & solus deus uerax est , quid aliud serui , & maxime saeculare doctores dei facere debemus , nisi ut humanos errores & mendacia relinquamus , & p̄cepta uerbaq; dominica custodientes , in dei ueritate maneamus ? Quid clarius

Mat. 26. Euangelicis uerbis : Coenantibus eis , accepit Iesus panē . & fregit , deditq; discipulis suis , & ait : Accipite & comedite , hoc id est , hic panis , est corpus meum . Ipse item

2. Cor. 10. Apostolus corpus Christi , aperire panem appellat : Panis inquiens , quem frangimus , nonne communicatio corporis Christi est ? Quoniam unus panis & unum corpus multi sumus , nam omnes ex eodem pane participamus . O uerba omni luce clariora , que non ab homine , sed a domino accepit Apostolus , electum Christi organum ,

4. Cor. 11. qui & alibi : Quotienscumq; inquit , comeditis panem hunc &c . Itaq; quisquis ederit panem hunc , &c . & probet aut seipsum homo , & sic de pane edat &c . Itē in Actis : Frangentes , inquit , p singulos domos panem , Anathema est , qui non credit spiritum sanctū sua aperiisse uerbis docuisse , & ideo , si credentes panem esse cor-

pus ludificantur , apud decum patrem, de filio suo , &
Apostolis, hanc iniuriam expostulare liabit, qui sic lo-
cuti sunt . Sin autem dum transubstantiationem , nescio
quam , sine uerbo mordicus tucmur , pugnas scitamur
uerborum , et modestiam perdimus , & fidem negamus ,
quos quæso in ius vocabimus ? Num uanum Arestote-
lem, huius pugnae auctorem ? Ambrosius libro de Sacra Ambrosi.
mentis , corpus Christi panem appellans : Quomodo in-
quit , quod panis est , potest esse corpus Christi ? Conse-
cratione , quæ fit sermone Christi . Et rursum : Panē istū Iohan .
quem sumimus in mysterio , illum intelligo utiq; , qui ma-
nu sancti spiritus formatus in utero uirginis , ex igne
passionis decoctus in ara crucis . Panis enim Angelorū
factus est abus hominum , uerum corpus Christi mandu-
cari , fidei articulus est , quid refert quo tandem modo
corpus panis induat figuram ? Quid prohibet hic pa-
nis substaniam remanere , cum & uos concedatis cor-
pus gloria serenatum natura posse in eodem loco cum
corpo non glorificato subsistere ? Et ut in uestra ipsi
harena superemini , Parum conuenit sacro canonon si bea-
ne pensetur cū hac uestra cōdemnatione , ille enim sic
habet : Iube hæc perferri p manu sancti angeli tui in su-
blime altare tuū . Quid ? nū Christus (nā hic nullū esse
panē astruitis facta nimirū consecratione) nō potest asta-
re deo patri , nisi per manus angeli in sublimem aram
perlatus , que alias per se nullius fultus presidio con-

sēndit in cōclūm & dexter aſſidet deo patri? Quid & bic uult Canon? Per quem hæc omnia bona semp̄ creas, sanctificas, benedicas? Num ut iterato Christus creatur, sanctificatur, & benedicitur, etiam à consecratione? Respondant Theologi Parrisienses.

Propositio undecima Martini L.

Negare laicis utramq; speciem, est impium & tyrannicum.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc propositio est erronea, schismatica, impia, & ex damnato errore Bohemorum elicita.

Confutatio condemnationis.

Theologi decretorum, & iuris pontificij patroni, dij;q; tutelares Gelatiſ ſententiam decretis insertam erroneam clamant, ubi in hæc uerba diat Papa, Comperimus autem, quod quidam ſumptu tantummodo corporis Christi portione, à calice ſacri cruoris abſtineant. Qui procul dubio (quoniam neſao qua ſuperftitione doceantur aſtrinki) aut integrū ſacrū perapiat, aut ab integris aręantur. Quia diuifio unius eiusdēq; mysterij, ſine gran- di ſacrilegio non potest prouenire. Cuius ſententia nos parum moueret, ſi non ipſe Christus ſub utraq; ſpecie docuiffet cōmunicandū in ſui memoriam. Cuius institu-

Gelatius
papa.

Corin. ii.

ti obſtruactor Paulus, Ego, inquit, accepi à domino quod

Tradidi uobis &c. Quotienscumque manducaueritis
 panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annun-
 ciabitis &c. An Ecclesia præter uerbum habet autori-
 tatem? Apud Benedictinæ & Cartusianæ professionis
 homines statutum est de purganda(ut diatur) fistula, qua
 sanguinem sumere solent multis retro annis. Quod si
 Christus, qui præ omnibus ut pater est audiendus, &
 post hunc Apostolus, docent sub utraq; specie communica-
 candum, quod & etate Cipriani obscuratum legimus,
 qua nobis id fronte licere arbitramini, ut præter Christi
 prescriptum, & Apostoli traditionem, & totius Eccle-
 sie multis annis celebratam obseruationem, laicos ab in-
 tegris sacramentis arceatis? An uobis Theologis &
 Papæ fas est, pro libidine uestra interprætari, temera-
 re quæ scripturas? Respondete quæso. Ciprianus de lapsis Cipria.
 Sermone 5. commemorat, quō & parvulis dabatur sa-
 cramentū sub utraq; specie. Et in Epistola secunda his
 uerbis confirmat Lutheri rationem: Nam quō docemus
 aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem
 fundere, si eis militaturis, Christi sanguinem denegamus?
 Aut quō ad martirij poculum idoneos faamus, si non
 eos ad bibendū prius in Ecclesia poculum domini, iure
 communicationis admittimus? Beatus quoq; Ambrosius Ambroſi.
 Super epistolam Corint. 1. quare sub utraq; specie Chri-
 stus sit sumendum, appertam reddit rationem. Valet, in-
 quiens, ad tuitionem corporis & animæ quod percipit

mus, quia caro Christi pro salute corporis, sanguis uero pro anima nostra offertur, sicut prefigurauit Moses: Caro, inquit, pro corpore uestro offertur, sanguis pro anima. Sed tamen sub utraq; specie sumitur, quod ad utrung; ualeat, quia sub utraq; sumiatur ipse totus Christus. Sed si in altera tantum sumeretur ad alterius tantum, id est, animae uel corporis, non utriusq; pariter tuitione ualere significaretur. Ex quibus uerbis aperite constat tyrannos esse hodie episcopos, qui licet corpori medeantur per corpus Christi, sub quo et sanguis eius sacratissimus continetur, attamen animam(iuxta Ambrosium)

Ambroſi. sanguinem noſ specialiter propinantes, interimunt. Que enim peruerſitas, concideret communī populo, maius, hoc est, rem sacramenti, et negare minus, hoc est signū uisibile. Quid quoſo ſolis laicis unitatis sacramentum diuiditur, quod niſi integrum à missarijs ſacerdotibus perapiatur, peccatur letaliter ſecundum M.N. An non

Mat. 26. ex pro laicis Christi sanguis effusus eſt? Hic eſt, inquit sanguis meus qui pro uobis et pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Bibite ergo ex hoc omnes, ſalicet pro quibus effundetur. An personarum reſpectuſ apud deum? Haud quanq; Petro dicente: Qui nouit cor da deus, testimoniu præbuit gentibus, dans illis ſpirituſ ſicut et nobis, nihilq; discreuit inter nos et illos. Que propter ſi hominum mandatu contemnens, peccat mortaliter, non uideo quomodo à mortifero excusari potea

Act. 10.

E. ii.

rint piaculo, qui contra domini præceptum, bibite ex 1. Cor. 1. 2.
 hoc omnes, negant laico deuote experienti communionem
 sanguinis Christi. Quia audacia beatus Ciprianus, infi- Cipriani
 nitiq; orthodoxi patres, hoc subditis actitandum iusse-
 runt, posterisq; in scriptis reliquerunt, si non dominicæ
 autoritatis iussionem hac super re, ex originali eius in-
 stitutione acceperunt? Cur sancti patres posteritati con-
 mendirunt, imò præceptum uoluerunt utriusq; speciei
 participationem, si Christi exemplar hic non sectantur?
 Bene dicit Ciprianus li. Epistolarum. 2. epist. 3. ad Ced-
 lium. In sacrificio quod Christus instituit, non nisi Chri-
 stum sequendum esse. Utq; id nos, inquit, audire &
 aere oportet quod Christus fecit, quodq; facendum esse
 mandauit, cum ipse in Euangelio suo dicat: Si fecritis
 que mando uobis, i. am non dicam uos seruos, sed amicos Iohann. 5.
 Et quod Christus debet solus audiri, pater de cœlo te-
 statatur, dices: Hic est filius meus dilectus in quo bene sen-
 si, ipsum audite. Quare si solus Christus audiendus est,
 non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendū
 esse putauerit, sed quid, qui ante omnes est Christus,
 prior fecerit. Et abrogans inolitas malas consuetudines.
 Neq; enim, inquit, hominis consuetudinem sequi opor- Matth. 1.
 tet, sed Dei ueritatem, cum per Esaiam Prophetam
 Deus loquatur & dicat: Sine causa autem colunt me,
 mandata & doctrinas hominum docentes. Et iterum
 dominus in Euangelio hoc idem repetit, dicens: Reijā Esaie. 2.
 Matt. 15.

Matt. 5. tis mandatum dei ut traditionem uestram statuat. Et in alio loco ponit & dicit: Qui soluerit unū ex mandatis istis minimis, & sic docuerit homines, minimus uocabitur in regno celorum. Quod si ne minimum quidem mandatorum domini licet soluere, quanto magis nephias est tam magna, tam grandia, tam ad ipsum dominice passionis & nostrae redēptionis sacramentum pertinentia, humana traditione immutare? quomodo possumus propter Cristum sanguinem fundere, qui sanguinem Christi erubescimus bibere? Cernitis iam ne oīmpij & psycotyranni Parrisiāni, quomodo non Lutherum, sed ipsum Iesum, Paulū, Cipriānum, Ambroſiū, erroneum, schismaticum, impium, impie, iudaicęq; proclamatis? Hic Eusebiūm prētero, qui in Ecclesia hi storie li. 6. c. 41. tradit populum Christi corpus etiam manibus tractare solitum.

Propositio duodecima.

Bohemī hæretici & schismatici non sunt nominandi, sed Romani.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc propositio est falsa, perfidiæ Bohemorum impie defensiua, & ecclesiæ Romanę contumeliosa.

Confutatio condemnationis.

Male metuo uobis Parrisienses, ne ipsi schismatici & impij sitis, q; in Lutherum censorem uirgulam as-

Sumentes, sexcentis nominibus hærefoes reum intonatis, cuius literas & sententiam, ne summa quidem cute intelligitis, aut certe pertinaciter intelligere abnuitis.

*Scriptum est: Nolite ante tempus iudicare, quo ad usq; 1. Cori. 2.
ueniat dominus, qui & illustratus est occulta tenebra
rum. Quis enim te discernit? Qui autem iudicat me, do-
minus est. Seruus domino suo stat aut cadit. Sed doce
uerbo domini, & non hominum uel concilijs uel deter-
minationibus, hos esse hæreticos & schismaticos, quod
ubi feceritis uitandi profecto fuerint, & indigne tradu-
cendi, neq; cum his congregendum, neq; communican-
dum. Interim Lutherus Bohemos non excusat à peccato,
quod tyrannidis graue iugum declinantes, schisma-
tice à Romanensium Imperio defecarunt. De Romanis
uero, qui sine uerbo domini iudicant quosq; hæreticos et
schismaticos, quid statuendum sit, ipsi iudicite, remitten-
tes conceptum in Lutherum odium, quo temere de in-
cognitis iudicatis, ad iudicandum & damnandum prom-
ptiores, q; ad restituendum & seruandum.*

Propositio de amertia.

*Matrimonium nō est sacramentum di-
uinitus institutum, sed ab hominibus
in ecclesia inuentum.*

Condemnatio Parrisiensium.

*Hæc propositio est hæretica, & olim
damnata.*

Confutatio condemnationis.

Non quæritur quid factum sit, sed quid iure fidei & scripturarum fieri debuit. Recensenda proinde est ratio ex autoritas qua damnatur præsens propositio, ut hæretica. Cum matrimonium nullum habeat signum rei sacre aut materiale aut uisibile, quod in sacramentis à Christo institutis, puto baptismo, & sacramento altaris est uidere, non fit mihi perspicuum unde colligam sacramentum uere esse matrimonium, neq; in ulla scriptura canonica matrimonium sacramenti appellatione est celebratū, nisi in Ecclesia & Christo, q; tamen apud Apostolum rectius iuxta græcanicam ueritatem, et Apostoli aptam sententiam mysterium dicitur. Quia uis matrimonium Lutherus negat sacramentum esse, mysterium tamen(quod unio illa inter uirum & uxorem significat) ueneratur, & insanus fuerit, qui uerba Apostoli nō suspicet, de hoc differentis ad Ephesios. 5. Matrimonium itaq; Christus instituit & approbavit, sed non ut sacramentum haberi uoluit, qui nec promissionem addit, neq; signum adiunxit. Christus itaq; iuxta Pauli uocem & Ecclesia, sacramentum est, id est, mysterium, hoc est res sacra & magna, que figurari quidem per matrimonium œu reali quadam allegoria potuit & debuit, sed matrimonium non hinc sacramentum dīq; debuit. Verissime itaq; uestr ille Durandus, beneq; fateatur matrimonium à recenioribus theologis numerari

Ephe. 5.

Durando

ceptum inter ea quæ proprie dicuntur Ecclesiæ sacramenta, idq; ex ignorantia tam rei q; uerbi.

Propositio deâma quarta & quinta.

Cōiunctio uiri & mulieris tenet, qcūq; modo cōtra leges hominum cōtigerit, debent sacerdotes ea oīa matrimonia confirmare, quæ contra ecclesiasticas uel pontificias leges fuerint cōtracta, in quibus Papa potest dispensare, & quæ nō sunt in scriptura sacra exp̄ssa.

Condemnatio Parrisiensium.

Vtracq; harū propositionū est falsa ecclie potestati impie derogatiua, et ex damnato Valdensiū errore procedens.

Confutatio condemnationis.

Falsum ergo & Ecclesiæ potestati impie derogatiuum erit Salvatoris nostri mandatum, Quod deus coniunxit, nec homo, nec homines separant. Si contrahētes in gradibus humano iure prohibitis tantum, contra ius diuinum non contrahunt, de iure diuino uidentur coniuncti. Quid ergo humano iure separantur? An non oportet magis deo obedire q; hominibus? Nō enim consuetudo quæ irrep̄sit (ut Cipriani utar uerbis) impedire debet quo minus ueritas p̄eualeat & uincat. Nam consuetudo sine ueritate uictus erroris est. Veritas

Matt. 19.

Act. 5.

Cipria.

autem valet & inualeſat in æternum. Vnde ea facienda
eſſe quæ ſcripta ſunt, deus teſtatur & proponit ad Ie-
ſum Naue diæns: Non reædet liber legis ex ore tuo, ſed
meditaberis in eo die ac nocte, ut obſerues faſcere omnia

Matt. 19. quæ ſcripta ſunt. At ſcriptū eſt, ut quod deus coniūxit,
homo non ſeparet, hoc ergo ex dominico præcepto ob-
ſeruandum eſt. Nempe quo iure ſibi uendicat epifcopus
contra ius diuinum diuera ſtatueret, cum id in ſcriptu-
ra canonica ſcriptum non ſit. Sed ſi uerum fateri liet,
pecunie ſtudium, & quæ ſtus amor, oneraria ſtis huic no-
biſ naues, ſtatutis, caſib⁹, impedimentis, & diſpenſa-
tionib⁹ impletas aduecerunt. Ex quibus pecuniariis
hominum conſtitutiunculis, ſchismata proclamat bea-
tus Ciprianus tractatu de ſimpliitate prælatorū in dei

Cipria. Ecclesia exoriri. Filij Aaron qui imposuerunt altari
ignem, quem non præperat dominus, in confpectu ſta-
tim domini uindictans extincti ſunt, quos imitantur &
ſectantur, qui dei traditione contempta, alienas doctri-
nas appetunt, & magisteria humanae conſtitutionis in-
ducunt, quos increpat dominus, & obiurgat in Euan-

Matt. 15. gelio ſuo, diæns: Reijatis mandatum dei, ut ueſtrā tra-
ditionem ſtatutis, quod in huius & ſimilium propositi-
onum condemnatione impletum cernimus.

Propoſitio decimasexta. M.L.

Tota efficacia ſacramentorum Nouæ
legis eſt ipsa fides.

Condemnatio Parrisiensium.

Hec propositio est efficaciam sacramentorum Nouae legis impie derogatiua,
& heretica.

Confutatio condemnationis.

Impie ergo derogat efficaciam sacramentorum Nouae legis Ambrosius in Lucam li. 6. ca. 10. Fides tua petra, fundamentum Ecclesiae fides. Id ipsum facit & Paulus, Ut sapiens architektus fundamentum posuit, hoc est, secundum. Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter hoc, quod positum est, quod est Iesus Christus. Si autem Christus, inquit Augustinus, procul dubio fides Christi fundamentum est. *Quis autem infinita colligeret?* e Paulo loca, que fidei energiam nobis commendant? Nonne in oibus ferme epistolarum prohemij, aut bene usque seruatam, aut renouatam fidem, summo prosequitur praedicatorum. In epistola ad Romanos, item ad Galatas, nec non in ea que Heb. 10. scripta est cap. 10. probatur, unica Euangelij uis ipsa fides. Non aliunde posse parari iustitiam, nisi per fidem Romanis scribit, Iustitia, inquit, dei per fidem Iesu Christi in omnes et super omnes eos qui credunt, Rom. 3. qui idem ait. Sine fide impossibile est placere deo. Et omnime quod non est ex fide, peccatum est. Vultis ostendam uobis arca fidem reprobis Paulum ubi quicquid est diuinorum praecceptorum abrogatorem, quo unicam stabilitat fidei anchoram? Samus, inquit, quaecunq; lex dicat, Roma. 2.

Ambroſi.

1. Cor. 3.

Augustin

Paulus.

Hebr. 10.

Roma. 3.

Rom. 14.

Roma. 2.

ījs qui in lege sunt , dicat , ut omne os obturetur , & obnoxius fiat totus mundus deo , propterea quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro in conspectu eius . At ne putetur loqui de lege ceremoniali omnem consequenter adimit uacillationem , dicens , per legem cognitio peccati .

Roma. 7. Vnde & alibi ait : Peccatum non cognoui nisi per legem . Nam concupiscentiam non nouissim , nisi lex diceret , non concupisces , quod deum est mandatum . Erat enim antea sibi ignotus peccator , porro ueniente mandato aut lege , factus est manifestus praevaricator . Sic quoq; lex ministratio mortis & damnationis , quia iusto non est posita , sed iniustis & adulteris , quorum contagia in decalogo prohibentur , ira operatur . Hæc dixi , ne peruersi interpres Paulum in legi nomine depravent .

Roma. 3. Arbitramur igitur fidei iustificari hominem , sine operibus legis . Et rursum : Si Abraham ex operibus iustificatus est , habet quod gloriatur , at non apud deum .

C. 4. Quid enim diat scriptura : Credidit Abraham deo , & reputatum est ei ad iustitiam , itaq; qui ex fide sunt , benedicuntur cum fidelii Abraham . Item , illi qui non operantur , sed credit in eum , qui iustificat impium , reputantur fides sua ad iustitiam .

Rom. 10. Vnde & ait : Corde creditur ad iustitionem . Atq; Israhel qui se etabatur legi iustitiae , ad legem iustitiae non peruenit . Propter quid ?

Roma. 5. Quia non ex fide , sed tantum ex operibus , iustificati igitur Galat. 2. ex fide . Et ad Galatas. 2. Non ab iacio gratiam dei , si ex

lege iustitia, ergo gratia Christus mortuus est. Samus autem non iustificari hominem ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christum Iesum credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis, propterea quod non iustificabitur ex operibus legis omnis caro. Ab ibidem: Quod autem in lege nullus iustificatur apud deum, palam est. Siquidem iustus ex fide, non ex operibus legis uiuet. Est itaque secundum Paulum basis sacramentorum ipsa fides, quam habens, non pudebit, Omnis enim qui credit in illum, non confundetur, confundetur ergo qui non credit, quales sunt qui efficiant ullam putant esse sine fide. Petrus item uirtutum structuram edificatur, ipsam presupponit fidem tanquam omnium fundamentum. Subministrate: inquit, in fide uestra uirtutem, in uirtute uero scientiam, in scientia uero temperantiam, & cetera. Idem in Actis Apostolicis, Fide, inquit, purificans corda eorum. Sed iam restat, ut plura de fide, hoc est, fiducia misericordiae diuine in Christo promisse locuturi, ipsum audiremus leglatorem, non opera a nobis expectentem, sed fidem, hoc est gratiae, bonitatis, misericordiae erga nos suae gustum, sensum, saporem. Nam turba dicente ad eum: Quid faciemus, ut operamur opera dei? Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eum quem misit ille. Et in codeni capite: Qui credit in me non sit et in eternum. Atque haec est uoluntas eius, qui mis-

Act. 15.

Iohann. 5.

fit, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam. Et paulo post. Amen amen dico uobis, qui confidit mihi, habet uitam æternam. Denique totum lucrum, omnemque salutem in fide consistere, & totam damnationem incredulitati reputare, aperte innuit apud Iohannem, ubi significat spiritum damnaturum mundū ob incredulitatem. Et alibi &c. Qui credit in eum, hoc est, qui de se diffidens, omnem suam solliitudinem, in paternitatis eius amplexus proijat, ipsum dominum sua curare finat, non condemnatur, qui uero nō credit, iam condemnatus est, quia non credit in nomen unigeniti filij Dei. Et apud eundem Iohannem: Amen amē dico uobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in condemnationem

Iohan. 5. non ueniet, sed transibit à morte in uitam. Atque qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Si autem non credideritis, quod ego sum, moriēmini in peccatis uestris, hoc est, si non credideritis, quod ego sum, qui deleo iniquitates uestras, propter me, non uestra opera, qui gratis peccatores iustifico, qui omnium misereri uolo, talem de me opinionem, & fiduciam conāpientium, moriēmini in peccatis uestris. Talem nempe fidem exegit dominus, ab eis, quos Euangelistarum relatione curauit, unde &c. eorum fidē contestatur: Creditis inquit me hoc posse facere? Dicūt illi: Credimus domine. Tūc tetigit oculos eorum dicens:

Iuxta fidem uestram fiat uobis, & aperti sunt oculi il-
 lorum. Apud Lucam quoq; Surge, ait, alienigene, uade
 fides tua te seruauit. Id ipsum apud Marcum: Abi, fides
 tua saluum te reddidit. Et ibidem mulieri pfluvio san-
 guinis obnoxiae, Filia, inquit, fides tua te seruauit, uade Mar. 5.
 cum pace, & esto sana à flagello tuo. Atq; in eodem ca-
 pite respondens, Principi synagogae filiae curationem
 postulanti, Ne metuas (ait) tantummodo crede. Centurio Luce. 3.
 nem quoq; audiens, Abi, inquit. & quemadmodum cre Iohan. 4.
 dis, fiat tibi. Paraliticum non curauit, nisi cognita ipsius Mat. 9.
 fide, quem & bono animo esse iubet. Et dominus cre-
 denti, omnia dicit possibilia, Amen dico uobis, q; quicū-
 q; dixerit monti huic, Tollaris & mittaris in mare, &
 non hæstauerit in corde suo, sed crediderit forse quæ di-
 xerit, erit illi quicquid dixerit. Vnde ob nullam domi- Mar. 9.
 nus causam in Apostolos acerbior, quam ob fidei tardi-
 tatem, unde ipsis submergi pertinacientibus, increpat
 eos, Quid timidi estis, exigua preediti fiducia. Et rur= Mat. 21.
 sum, Quid cogitatis intra uos ipsos o parū fidentes, q; Mat. 17.
 panes non sumpseritis, Atq; apud eundem euangelistā
 subaerbe eos increpans quod ob incredulitatem de-
 monium non eicerint. O natio, inquit, incredula & di-
 storta, quousq; tandem ero uobiscum, usquequo patiar
 uos? Bene itaq; Hic remias ait, domine oculi tui respidi-
 unt fidem, hoc est constantem fiduciam iustitiae salutis q;, &
 tua misericordia nançandæ. Talem fidem exegit in

- Nu. 14.** Numeris dominus, cum desperaret de Palestina occu-
O. 22. panda populus, dicens: Usquequo detrahet mihi popu-
 lis iste, quousque non credent mihi in omnibus signis quae
 fera coram eis? Et capite. 20. irasatur Moses & Aaron quod
 non credidissent aquam ex petra promanatur. Cre-
 debat certe Aaron & Moses esse deum, sed de diuina
 uoce dubitabant, qua promissa erat aqua de petra, quam
 incredulitatem taxat dominus. De qua fide loquitur Mo-
Deute. 1. ses in Deuteronomio: Portauit te deus tuus, ut solet ho-
 mo gestare parvulum filium suum in uia per quam am-
 bulastis, donec ueniretis ad locum istum. Et ne sic qui-
 dem credidistis domino deo uestro qui praesedit uos
 &c. Habebant illi certe fidem informem & historiam
 quandam opinionem de deo, sed promissionibus miscri-
 cordiae dei non fidebant, non erant recta corda eorum
 fiducia, & non erat sensus misericordiae dei, uiuebant
 in incredulitate, contemnentes uerbum dei, opus dei, re-
 ductionem ex egypto indigne cerebant, ideo eius in-
 credulitatis poenas dedere, haud dubie alias boni uiri
 in speciem, quales Paulus ad Titum infideles appellat,
Titum. 1. Omnia quidem pura puris. Porro pollutis & infidelis-
 bus nihil est purum, sed polluta est illorum & mens &
 conscientia. Deum profitentur se fare (ergo loquitur
 de pīs in speciem) ceterum factis negant, cum sint ab
 ominabiles, & immorigeri, & ad omne opus bonum
 reprobi. Item de huius fiduci prærogatiua efficacius scri-

bitur in Paralipomenon, Deum inuocauerūt cum præ= Paralip.
liarētur, exaudiuit eos eo quod credidissent in eū. Et. 2. Parali. 2.
Paralip. Oculi domini contemplantur uniuersam terrā,
¶ præbent fortitudinem ijs qui corde perfecto credunt
in eum. Vbi Asan regem Iuda, propheta Anani taxat
Sirorum auxiliis confidētem. Quapropter Esaias uetat *Esaia.*
auxilia Assyriorum implorare, polliceturq; opem diuisi-
nam, addens. Si non credideritis, non permanebitis. Ve
rum haud sāo an usquam fidei uim exemplo potiore ex-
hibeat scriptura, quam id est quod de Iosaphat. 2. Para= *Paralipo.*
lip. legitur, cum ille Ammonitas & Moabitas solo can-
tu funderet, nec aliud præcipisset exercitu suo, quam ut
consisterent confidenter.

Propositio decima sc̄ptima.

Quicqd credimus nos accepturos es-
se reuera accipimus quicqd agat, non
agat, simulet aut iocetur minister.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc ppositio est absurdia ex errore
scripturæ intellectu asserta & hæretica.

Confutatio condemnationis.

Absurda ergo erronea & hæretica est domini sen-
tentia, qua ait, Dico uobis, quecumq; orantes petitis, *Iohā. 16.*
credite, q; accipietis, & erunt uobis. Cyprianus quoq; *Cypria.*
Lutherianæ asp̄ulatus sententiæ, sic inquit li. de exhort.

tatione martyrij. Vnusquisq; secundū dominiā pmiſa
& fidei ſuē merita, tantū accepit de dei ope, quantum ſe
credit accipere, nec eſt quod omnipotēs preſtare nō poſ-
ſit, niſi accepietis fides aduca deſearit. Erroneū ergo ha-
bet etiā Cyprianus intellectū & hæreticū, ſi magiſtris
noſtris credatur, artū eſt ministrū ecclieſe nō eſſe ſer-
uatorē. Seruator eſſet, ſi ſuo ministratī animo alligata ſi
ſteret sacramentorū uis & efficačia. Et Hieronymo teſte
Roma. 12. Vnusquisq; tantū accepit, quantum credit. Si
enim omne quod nō ex fide eſt, peccatum ſit, ergo omne
quod ex fide eſt, bonū, utile, & uirtuosum. Nō enim de-
linquēt oēs qui ſperāt in te domine, hoc eſt, qui tuā ſe fi-
duialiter cōmittit misericordiæ. Beatus quoq; Augusti-
nus oſtendēs uerifimā hāc eſſe Lutheri ſententiam, ſcr-
mone, de uerbis domini. 7. Interrogo nunc, inquit, Cre-
dis oē peccator Christo? Diás, Credo. Quid credis? Gra-
tis uniuersa peccata, p ipsū tibi poſſe remitti? Habes
quod credidisti. Hæc ille.

Propoſitio deāmaoctaua Mar. Luthe.

Periculouſum imo falſum ē opinari pœ-
nitentiam eſſe ſecūdam tabulam poſt
naufragium.

Hæc propositio eſt hæretica ac temera-
ria erroreac ac fatuac afferta ac beato
Hieronymo illā ponenti iniuria.

Hiero.

Ro. 14.

Augusti.

Condēna-
tio Parri.

Confutatio condemnationis.

Quod si periculosa falsaq; opinio, poenitentiam esse secundā tabulam post naufragium, ac per peccatum baptismi uim exadiisse, patet ex uerbis Iohānis Chrysostomo Chryso. mi dicentis super tertium caput Epistole ad Hebreos, Baptismus nihil aliud est, quā interitus eius qui baptizatur, & resurrectio illius. Id ipsum quoq; poenitentiam esse, apertissimis Paulus insinuat uerbis, An ignoratis, Roma. 6. q; quicūq; baptizati sumus in Christum Iesum, in morte ipsius baptizati sumus: Cōsepulti enim sumus una cū illo per baptismum in mortem, per occasum ut ait Augusti. gustinus uite nostrae ueteris, ut quemadmodū Christus exstatatus est à mortuis, ita & nos in nouitate uite ambulemus. Atq; alibi poenitentiæ describēs formā: Exuite, inquit, ueterem hominem cum actibus suis, & induite nouum hominem. Et iterum: Ne accommodetis uos ad figuram seculi huius, sed transformemini per renovationem mentis uestræ, per quam noua efficiamur creatura in nouitate uite ambulantes. Cū itaq; idem sit pœnitentia quod baptismus, uidelicet mortificatio & uisificatio, destructio & ædificatio: casus & resurrectio, constat baptismum nullum fecisse naufragium, per peccatum. Liuet enim ad tempus à signo aberret peccator, non statim irritum est signum. Quapropter totus huius uite casus nihil erit nisi baptismus continuus, hoc est, Collo. 3. perpetua quedam mortificatio membrorum, quæ sunt

Super terran, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore, ut dicamus cum Paulo, Viuo iam non ego, sed uiuit in me Christus. Vitam autem, quam nunc uiuo in ar-

Augusti. *ne, per fidem uiuo filij dei. Augustinus sermo. 116. Ideo remissio peccatorum, non est in sola absolutione sacramenti baptismatis, sed etiam in oratione dominica & quotidiana. In illa enim inuenictis quasi quotidianum baptisma unum, ut agamus deo gratias, qui donauit hoc munus ecclesie sue. Quod confitemur in symbolo, ut cum dixerimus sanctam ecclesiam, adiungamus remissionem peccatorum. Quibus uerbis satis innuit, q. est una & eadem poenitentia, quae in baptismo inchoatur, & usq; ad mortem continuatur, quemadmodū & Maximus ait: Tota uita Christiani hominis, si est secundum Iustus. Euangeliū, crux est & martyrium. Cuius poenitentiae Augusti. tres idem Augustinus dicit esse actiones in homelia. 7. quae summatim perstringuntur in capi. Tres actiones Ambro. de poenitentia, distin. 1. Idem asserit Ambrosius li. de poenitentia capi. 7.*

Propositio de amanona.

Qui spōte cōfessus siue correptus ueniā petierit & emēdauerit corā quoquis priuatim fratre nō dubito a peccatis suis illum esse absolutum.

Condemnatio Parisiensium.

Hæc ppositio innuens laycos tā uiros

q̄ mulieres potestatē claviū habere, est falsa, sacramētis ordinis & pœnitētīæ cōtumeliosa, & hæretica, cū errore conueniēs Valdensiū & Quintilianorū.

Confutatio condemnationis.

Augustinus super uersum, neq; absorbeat, uestra^e condemnationi reclamat cum diat: Metuenda ista res est frates uhementer. Si uideris hominem scāsse ini-
quitatem, mersus est in puteum. Quando autem illi dixe-
ris iniquitatem ipsius, & dixerit uere peccati, fatior
non clausit super eum puteus os suum. Cum autem uide-
ris eum dicere, Quid mali feci? factus est defensor pecu-
ti sui, clausit super eum puteus os suum, qua crux^r
non habet amissione confessionis. Idem apertius quoq;
super Iohannem, sermone. 53. Nunquid non possumus
dicere, q; etiam frater fratrem à delicti poterit contagio-
ne mundare? Imò uero id nōs esse amonitos in domi-
niā operis altitudine saliat discipulorum pedum lo-
tione nouerimus, quando ait: Et uos debetis alter alte-
rius lauare pedes, ut confessi inuicem delicta nostra ore-
mus pro nobis, sicut & Christus interpellat pro nobis.
Audiamus Iacobum hoc ipsum euidentiū præcipi-
entem, Confitemini alterutrum peccata uestra, & ora-
te p inuicem, ut saluemini. Itē errat & iniuriam infert
sacramento pœnitentia, & ordini propheta Ezechiel,

Idem.

Iacob. 5.

Ezech.18 Conuertimini & agite poenitentiam ab omnibus iniuriatibus uestris, & non erit uobis in ruinā iniquitas. Et

Hicro. Hieronymus, Matth.18. Si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet caussa nos leserit, dimitendi habemus potestatem, imo necessitatem, qua p̄cipitur, ut debitoribus nostris debita remittamus. Verum quid p̄ obscura probamus clariſima, & per humana tractamus diuina: cum sole conſet clarius ex dominica ſententia, ſaliet claves ſuper peccata dumtaxat ualues, omnibus Christianis eſſe communes.

Mat.18. Nam ait, Porro si pecauerit in te frater tuus, uade & argue eum inter te & ipsum ſolum. Si te audierit lucratus es fratrem tuum, ſin uero te nō audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum aut trium teſtium, conſistat omne uerbum, Quod ſi nō audierit eos, dic ecclesiæ. Quod ſi eccleſiam non audierit, fit tibi ſicut ethnicus & publi-

Augusti. canus, hoc eſt, interprete Auguſtino, noli illum iam deputare in numero fratrum tuorum. Et continuo addit: Amen dico uobis, quecumq; alligaueritis ſuper terram, crunt ligata in cœlo. Et quecumq; ſolueritis ſuper terram, crunt ſoluta in cœlo. Hanc itaq; ſoluendi potestatem omnibus datam Christianis, ex his maniſtis domini

Augusti. ni uerbis Auguſtinus inditac de uerbis his domini, ſermone.15. Cœpisti, inquit ad Christianam animam, habere fratrem tuum, tanquam publicanum, alligas illum in terra, ſed ut iuste liges, uide. Nā in iusta uincula diſtrum

DE CONSTITV. ECCLESIAE. 57

pit iustitia. Cum autem correxeris & concordaueris cū fratre tuo, soluisti illum in terra, cum solueris in terra, solutus erit in cœlo. Multum præstas non tibi, sed illi, quia multum nocuit, non tibi, sed sibi. H.ec ille. Felices sunt ærte & copiosi nostri doctores Sorbonici in numero rando hereticorū catalogo, quo impēdio uidentur deletari, dū tragicā quadā uox crepāt nobis hereticos, ipsi fortassis eodē prognati ouo.

DE CONSTITVTIONIBVS
ECCLESIAE.

Neq; Papa neq; Episcopus, neq; ullus hominū habet ius unius syllabæ cōstis tuēdæ sup Christianū hominē, nisi id fiat eiusdē cōsensu, & quicquid aliter fit tyrannico spiritu fit.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc ppositio est a debita subditorū erga prælatos & superiores subiectione & obediētia retractiua, legū posituarū seditione destructiua, ac ī fide & moribus erronea, & ē error dānatus Valdensiū, cum errore Erianorū conueniēs.

Confutatio condemnationis.

Hic Parrisienses suā produnt imperitādi libidinem & ambitionem, qui si apostolicas literas penitus intro-

spexissent, ac doctore spiritu intellexissent aliter sentirent. Paulo teste, Spūalis omnia dijudicat, neq; à quoquā

Augusti. dijudicatur. Ad cuius sententiam accedit Augustinus super Iohannem tractatu. 107. Creatura rationalis non nisi deo subditur, ut ei quæ infra illam sunt omnia subdantur. Et subiectit, Nec fas est, ut sancti de quibus haec locutus est cuiusquam sint, nisi eius à quo creati & sanctificati sunt. Adde cundē Augustinum in phœmio Psal.

Idem. 140. Charitas definita ab Apostolo habet duo præcepta, dilectionis dei & dilectionis proximi. In nullis scripturis aliud inquiratis, nemo uobis aliud præcipiat. An charitatem docunt Papisticæ Decretales? Profecto ita charitatem suipius (ut hoc uerbo interim abutar) quæ noxia est, quæ diabolica est, quæ mortalis est. Adde eūdem quoq; Augusti. super Iohā. tractatu. 46. Sedendo,

inquit, super cathedram Mosi legem dei docent, ergo per illos deus docet. Sua uero illi si uelint doere, nolite audire, nolite facere. De quo etiam in Epistola. 119. ad Ianuarium. 2. Felix quidem tu Augustine, qui in horum condemnatorum tempora non inaderis, quippe cui Parisienses hoc acrius insultarent, quo efficacius retrahis subditos à Papistica & prælatorum, sed sua statuentium obedientia. Modestius Lutherus loquitur, qui quantum uis graue onus, tyranicę spiritu imponant prælati extra pietatis negotiorum ferendū inculcant, & temere non esse obnitudū, quāquam ipsi interim perditissime peccant,

Et idem Augustinus alibi: Constitue legislatorem super eos. Videtur, inquit, Antichristum mihi significare, de Idem. quo Apostolus: Cū reuelabitur homo peccati. Bona uerba quæso Augustine. Ita ne legislatorem pōtissimum, Antichristum compellas? Insuper sermone. 15. Constituit, inquit, montes Israēl autores scripturarum diuinarum quicquid inde audieritis hoc uobis bene sapiat. Quicquid extra est, respuite, ne erretis in nebula. Eae quām seditione uidetur imminuere obedientiam prelatis debitam, ubi uerbo domini non prodeunt coarmati. Verūtamen est, ut dixi, Hæc ita monere immo p̄cepere Augustinum, ut tamen uelit nos omni creaturæ subiā, etiā tyrannis Pauli exemplo, quantum ad exteriorē hominem 1. Pe. 2. attinet, quem omnium usibus expendere iubemur, ne Ioh. 15. aut pax Christiana uioletur, aut charitas sese in alios non exerat. Dum tamen sic, per hanc nimia tollerantia & pusillanimitatem interioris hominis libertas nō præpediatur, iusto enim non ponitur lex. Liber est, expeditus est, quippe qui spiritum dei sui habet rectorem. Mirra ergo præsumptio prelatorum, q̄ iustum onerat onerosis statutis, qui iam spiritu regatur domini, & ideo in libertate scruiat spiritus, de quibus Hieremias loquens, ait: Nolite audire uerba prophetarum, qui prophetant Hieric. 23. uobis & deapiunt uos, visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini. Quim & Paulus nos hortatur, ne 1. Cor. 6. Christianam nostram uendamus libertatem, Predo, in-

quiens, empti estis, nolite fieri servi hominum, quare si unā cum Christo cōmortui sumus, quid adhuc tanq; uiuentes mundo, traditionibus uexamur? Præterea, prædictam Lutheri imò ueritatis sententiā, & in canonibus suis habent expressam & confirmatam. Ita enim habetur. II. questio. 3. titulo, Si is qui præest. Is qui præest, si præter uoluntatem, uel præter quod in scripturis sanctis evidenter præcipitur, uel dicit aliquid, uel imperat, tanq; falsus testis dei, aut sacrilegus habeatur. Hec ibi. Nam cum Christiana libertas sit conscientiae libertas, eos constat hominum fieri seruos, quorum conscientijs libertas per traditiones erupta est. At homines non

1. Cor. 3.

præesse hominum conscientijs, testatur Paulus, Omnia, inquiens, uestrā sunt, siue Paulus, siue Appollo, id est, Nec Paulus nec Appollo habet autoritatem obligandi conscientias uestras. Quibus p̄spicuum sit, ecclesiæ magnates, Episcopus, Papas, nō suis sed nostris usibus datos, adco ut iam nostri sint, uictuit igitur Petrus suos compresbyteros, ne dominarentur clero, ne se ut uastatores & nimia quedam terrestria efferrent. Non aliam Apostolis dominus dedit autoritatem, quam ut docerent seruire ea quæ ipse præcepisset, quod facientibus, se se perpetuo, usque ad mundi finem presentem affuturum astruxit.

Hiero. Threnorum. 4. declarat Hieronymus. Extra matrī pecanti, hominem non præesse homini. Ceterum cū

Augusti. pecatum sit motus aut dictum aut factum contra legem

dumtaxat diuinam, Augustino afferente, et cum legis 1. Cor. 1.
consumatio & plenitudo sit charitas, quo modo assevera-
tatis hunc peccare, qui humanam uiolauerit traditionem
ubi abest scandali ratio? Maxime cum scriptū sit, Tari- Deu. 4.
tan quod ego præcipio tibi, facio, Et præceptis patrū ue-
strorum nolite ambulare, & iudicia eorum nolite custo-
dire. Addite his que alibi leguntur in Epistola, que in-
certo autore prodijt, Da autoritate Pastorum Ecclesiaz-
ficorum.

DE OPERVM AEQUALITATE.

Opera nihil sunt corā deo, aut oīa sunt
æqualia, quantū ad meritum attinet.

Condemnatio Parisiensium.

Hæc propositio est falsa, sacrī elo-
quijs aduersa, atq; errori Iouinianista-
rum conformis.

Confutatio condemnationis.

Quoniam Paulina Theologia condemnatoribus
est parum perspecta, non mirum uideri debet, si sacra
eloquia secum repugnare fingant. Nam hoc Pauli elo-
quiū falsum & sacris eloquijs aducrsum frauent. Neq;
qui plantat est aliud, neq; qui rigat, sed qui incrementū
dat deus, Et seriā illam Pauli confessionem, Nihil minus
fecit ab his, qui sunt supra modum Apostoli, tametsi ni-
hil sum, cui sententie consonat Esaias. Ecce, inquit, uos

estis ex nihilo, & opus uestrum, ex eo quod non est, Ni
hil nam maius nihilo esse potest? Si itaq; Paulus ni-
hil est, cum tamen non nihil se præstasse glorietur sum-
mis apostolis dignum, Si neq; apostolorum quispiam ali-
quid, cum apostolico etiam fungantur munere. Si nos
ex nihilo sumus, si opera nostra nihil sunt. Vnde ergo
operum inæqualitas, quam uos statuitis in operibus ue-
stris per se consideratis: hic uobis insanis capitibus san-

Hiero. ctum Hieronymū oppono super Matthæi caput. 13. In
hoc, inquit, periculosa est interpretatio, ut inter sancto-
rum merita, discretionē quamlibet facere videamur. Ve
rū enim uero, quæ dei gratia, hoc est, deus in nobis ope-
ratur opera (nam omnia opera nostra operatus es domi-
ne, ait ppheta) de eius dono, quo ab æterno præparauit
ea, ut in eis ambularemus, & quæ per fidem proposu-
it, ea se nobis daturum secundum bneplacatum uolum-
tatis suæ, sunt nostra merita, in diuersis tamen diuersa.
Idq; ex dei gratuitā munificētia, & ex proposito gra-
tiæ eius, non autem ex actu nostræ electionis, qui nun-
quam non noxious esse potest, cum deus uoleat cum impu-
tare. Filius enim iræ, nō nisi iræ operatur opera, & ma-

Matth. 7 la arbor, non nisi malos fructus edit. Quid est homo ut
Hiero. immaculatus sit, & iustus appareat de muliere? Hiero-
nymus in apologia contra Iouinianum in hæc uerba dī-
cit: Vnusquisq; proprium donum habet ex deo, alius q=
dem sic, alijs autem sic. Et diuersa sunt genera dono-

rum, teste Paulo, quibus dominus nos immeritos affiat.
Assunt quoarca nobis opera bona & merita, & non
assunt. Et assunt, quia dona dei sunt, & opera eius so-
lius. Nulla sunt, quia non plus de eis possumus præsu-
mere, quam ullus nouissimus peccator, in quo nondum
operatur deus. Ita sumus, fuimus, manemus, omnes co-
ram deo aequales semper, ut pereat inflatura unius ad-
uersus alterum. Iuxta illud Pauli: Quid habes, quod
non acceperisti? Si acceperisti, quid gloriaris, quasi non acce-
peris? Qui sibi pulchellus uidetur inflatus sensu carnis
sue ob dona dei, que non fert uni deo accepta. Hic reue-
ra, & animi assensu dicit se non accepisse, etiam si sedulo
falsus sua hypocrisi dissimulet, adeoq; non agnoscat su-
um ipsius morbum. Deus noster gloriam suam alteri da-
re non vult quare non insatit Apostolus, Qui gloriatur,
inquit, in domino gloriatur. Nō operibus etiam quan-
tumcunq; iustis moraliter defertur gratia & salus, sed si
dei, de qua re abunde multa Apostolus, furtum Israëli-
ticum ex se malum non displicuit deo. Ose⁹ stuprum le-
ge uetitum a deo est probatum. Cōsilium Saulis qux pīn
guioribus seruatis macerant boues, quis non
rectum hominum more iudicaret, execratum tamen est
a domino Cainus, si humanum spectes iudicāum, in de-
um munificus fuit, dum primitias frugum offerret, at
quid promovit suo studio? Vbi in his & id genus mil-
le alijs exemplis locus operum inequitati, quam uos

ad uestram Aristotelicam staturam appenditis. Respo-
deas deo si quid potes, & ingredere cum eo in iudiū.
Quis te dissernit, quis te meliorem alijs declarat: que-
rit ille, non nefās nullum esse. Gratum est quicquid de-
us acceptat p consilio cordis sui, immundum omne quod
impurus facit.

DE VOTIS.

Suadendum ut uota prorsus omnia
tollantur, aut uitentur.

Condemnatio Parriſiensium.

Hæc ppositio est Christi doctrinæ &
sanctorū patrū obſeruationi, qui uoue-
re cōſulunt, cōtraria, ex errore pcedēs
Lāperiauorū, Vuicleuistarū, & eorū q
se iactabāt de ordine Apostolorū.

Confutatio condemnationis.

Iustiārii iſti Parriſiensēs theologia, Peligiana labē
infēcti, ſuī pſorum ſaluatorēs eſſe conantur, per opera,
per ſtudia a ſeſe electa, quibus iuſtificationem extorque-
re nituntur, ueluti premium de congruo (ut uocant)
debitum. Sed ſtūtiſſime hic inceptiunt eiuſmodi persua-
dentes contra manifestam ſcripturam in ueteri teſta-
Deu.4. *mēto. Non faictis ſinguli quod uobis reſtum uidetur.*
Et in calce eiusdē capi diat dominus: Tantum quod ego
p̄cipio tibi tantū facio domino, nec addas quicq̄, nec
minuas

minias. Quorum diuinorum uerborum iufionem, ri-
diculum quoddam. M. N. constat esse Parrisiensibus,
cum enim scriptura diuina nihil aut p̄cipiat, aut con-
sulat de hoc uotorum genere, quorsum attinet ea, p̄ san-
cto & publico uiuendi genere statuere? (quando non ho-
minum regulis, sed spiritu aguntur filij dei) Cum tota
monachis mi ratio ruat his duobus sacræ scripturæ te= Gal. 1.2.
stimonij. Deus personas nō accepit, personas, inquam,
non hominum tantum, sed & locorum, uestium, dierū,
aborum, in quibus omnibus, tyrannis quædam agitur, Ro. 13.
in monachatu, Et nemini quicquam debeatis, nisi ut inui-
cēm diligatis, quam dilectionem effundere in alios non
liet, per humanas suas traditio[n]culas, quibus sic sunt
addicti, ut malint proximum quantumuis siue de uita, tu
animæ, tum corporis, siue de facultatibus periclitari,
q̄ suis deesse uellent p̄scriptis officijs. Videtur uotum
monasticū circumfisioni comparādum, quæ tamen à deo Roma. 4.
instituta uoto p̄cēllat. Nam ut lex ita & uotum iram
operatur, estq; ministratio mortis & damnationis si ab-
sunt fides, sicut scriptū est, Quod gentes quæ non secta-
bantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam au-
tem eam quæ est ex fide. Cōtra Isr. c̄l, qui sectabatur le= Roma. 9.
gem iustitiae, ad legem iustitiae non peruenit, ppter quid?
Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus legis, impe-
gerūt enim in lapidem offendiculi. Et alibi, Quotquot Gala. 5.
ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt, hoc est, ma-

Iedicti sunt, qui opera legis extra fidem faciunt. Est autem lex iusta, sancta, bona, si iuste & recte, hoc est, in fiducia misericordie dei fuerit seruata. Sicut ait:

Roma. 2. Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Sic etiam uotum iran operatur, estq; mortis operatio, & damnationis preceptum, si in eius operibus tanquam bonis innitens fidem negligas,

Gala. 6. qua sola seruaris. Sicut qui circumciditur legem, non custodit, sed testificatur, quoniam debitor est uniuersae legis facienda, dum ea que in manu esto est carnis circumcisio, circumcisio non est, sed circumcisio cordis, que spiritu constat, non litera, cuius laus non ex hominibus est, sed ex deo. Ita uouentes, neq; legem custodiunt, neq; uota impletant, uniuersae tamen legis implenda debitores.

Hoc autem uotum, non ex hominibus, sed ex deo est, qua consentimus diuinae in nobis operationi, hic enim totus homo deus offeratur, ut ille uerus animarum rector in nobis regnet. Nam tunc pium committimus uotum, quotiescumq; afflati spiritu, ex animo regnum uni deo permittentes, optamus, Adueniat regnum tuum, rex meus & dominus meus, Domini siquidem est regnum, & ipse dominabitur gentium, Tali uoto se se astrinxit deo psaltes, cum diceret: Ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Et item: Dominus regit me & nihil mihi deerit. Suma, quisquis consiliu domini secutus abnegar scipsum, abicns post uestigia gregum suorum, his

uere uouet, id est, se totum in deum reijat. Hoc uotum profuit diuo Bernardo, Benedicto, Franasco, alijsq; patribus, qui dum operarentur sua opera, non habuere exællentiora propter uotum, sed hoc se magis demiseræ, quo deo uidebantur magis obnoxij, nihil gloriæ sibi arrogantes, & dominus eos iuvat ne in stultam superstitionem & uanam confidentiam prolaberentur, uti pueri illi in fornacæ à flamma ignis illæsi perstiterunt. Hoc est itaq; uotum cordis quod spiritu constat, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est, qui intuetur cor & non secundum faciem externalorum operum iudicat. Vota ergo illa que foris cum tube cantu paßim præscriptis uerbis quasi iactamus omnino tollenda aut uitanda saltim doat, quippe quæ in ore tantum nata, et raro in alto pectore, dignos pariunt fructus animi, uidelicet elationem, sui complacentiam, hypocrismum, superstitionem, alienæ uitæ despectum: *Quis non intelligit ex uendum esse affectum rerum temporalium, mortificationem quamcunq; carnis concupiscentiam, obediendum prælatis etiam discolis, id est, duris & præfractis, & cui uis layco antequam in æterna tabernacula in qua nihil iniquitatum ingredi potest recipiamur?* Quod si uerum est, uideo omnes Christianos, ad illæ tria uota obligatos, quæ monastici tanto cum strepitu, & non ferenda superbia, deo se offerre simulant (e bonis non loquor). *Quis quis enim non confidit in diuitijs, nec rapitur affectu*

rerum temporalium, & de se humiliter sentit, uere pauper est spiritu, paratus quicquid possidet in pauperes expendere, dum charitas iubet, etiam si antenna agri iugera possideat, & uotum paupertatis efficaciter uidetur uouisse. Item qui carnis refrenat concupiscentiam, & corpus ita redigit in seruitutem, ut audiat spiritui, castus est, & uirginitatem re ipsa custodit, quam uerbis dumtaxat promittunt alij. Id uoto suo specioso debent monastici, quod dum uruntur spurae simis cogitationibus & nefandis libidinibus inuolui prius coguntur, qua ad coniugij remedium a domino magis imperatum, qua consultum, dum dicit, non omnes capiunt hoc uerbum, licet accedere. Quod genus hominum foris quidem uidetur retinere uotum, sed mente stuprum, adulterium, & portentuosan quauis libidinem consummant primam fidem plane irritam facientes. Continens enim mentis est, sanctam puramq; esse cum corpe tum spiritu, a qua infiniti huius tempestatis absunt uotorum utriusq; sexus magnifica professores. Postremo qui praefectorum imperium in libertate spiritus adimplerat, aut tyrannidem patienter tolerat, an non obedientiae fructum consequitur. Fere fit, ut omnes pleriq; monastici, magis statutis & observationibus suis domi natis obsequantur timore adacti, quam libere subditu collo, & tamen his factis foris tantum speciosis, cœlum sibi deberi putant, & non cœlum tantum, quin & opera superrogationis nescio que

interea somniāt, quibus forte extra cœlum debetur infernus. Adde his quæ p̄ximo infra loco subiecta sunt.

Propositio secunda Mar. Luthe.

Probabile ē uota hodie nō ualere, nisi ad operū iactantiā & præsumptionē,

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc p̄positio ē falsa, statui religiōis cōtumeliosa & p̄fatis erroribus cōsona.

Confutatio condemnationis.

Isti scholastici doctores, dū suos errores scholasticos
nimū tueruntur scruatori nostro iustum detrahūt reuerentiā. Mat. 6.
Attendite, inquit, scruator, œu rem maximū momenti
premoniturus, ne iustitiā uestrā faciatis corā hominibus
ut uideamini ab illis. Et cū oratis, nō eritis sicut hypo-
critæ, qui amant in synagogis & angulis platearū ora-
re, ut uideantur ab hoībus. Sed cū oratis, intrate in cubi-
culū cordis & clauso ostio præcēmini in abscondito. Quā-
tum hodie iactent sua opa cucullati nemo ignorat. Vul-
go abiit in puerbiū, Cū cucullo & raso uertice simul ac
crescere & inexplicabiliē auaritione, id quod futurum non
esset, si sue sorditatis & infirmitatis consciij opa sua nō
uenditarent. Nullum notum aut sanctius aut religiosius
habeo eo uoto, quo duā Christo in baptimate nomen
dedimus. Cuius ut Heliodorus recordaretur, hortatur Hiero.
Hieronymus in epistola prima. Recordare tyroanij tui

diem, quo Christo in baptisme conseptus, in sacra-
menti uerba iurasti pro nomine eius, non te patri parti-
turum, non matri Quapropter expediret, ut omnia uo-
ta tollerentur, quo ad baptismi uotum ubi plus quam im-
plere possumus, nouimus, cuncti reuocaremur. Verum
illud obscurarunt, penesq; (proh nephias) à stirpe exa-
derunt, tot monachorum pharisaica superalia, tot ope-
rum uarie superstitiones, tot conaionatorum uanissima
nugamenta, & perniafissima dogmata, Vna est Chri-
stianorum tantum professio, qua Christo sumus inauto-
rati, per baptismi & gracie dei donaria, cui uiafissim
& nos totos & omnia nostra debemus, tantum abest
ut aliquot à nobis ex cogitatis uotis supererogare pos-
simus. Quam fidem si grauiter, uindicemus nostris sta-
tutis, nostris obseruaunculis, & præfixis legibus, ni-
hil opus. Apostolus uidetur hunc cucullatorum fratrū
statum apertis uerbis designare & ferire cum diat, quos
d. m. pietatis quidem speciem habentes, ceterum uir-
tutem eius facto abnegantes. Optima est religio, charis
tate mutua copulari, nihil refert quid cognominis Fran-
cis aut Dominia, quis color uestis admoueat, ait
an albus, quis aborum delectos obseruetur. Non est
Mat. 15. enim regnum dei, esca aut potus. Omnia munda mun-
Titum. 1. dis. Non q; intrat coquinat hominem. Satis sum felix,
si Christianus censear, ut nomine ita, & re humana ap-
2. Cor. 1. pellationem despicio. Quid enim est Appollo, quid Cee-

DE DIVINA ESSENTIA.

71

phe? In Christo Iesu non est Iudeus, neq; Grecus, non est seruus neq; liber, non est masculus neq; foemina, nō Minorita, non Carmelita, non Notarius, non solitarius, sed omnes unus sumus in Christo. Arguit Apostolus eos, qui mutuo aduersum se inflarentur, in hominibus gloriantes, Christum diuidentes, dum inquiunt, Ego sum Cephae, ego sum Pauli.

DE DIVINA ESSENTIA ET forma corporis humani.

Istis nouissimis trecētis annis multa perperā determinata sunt, quale est es-
sentiā diuinā nec generari, nec genera-
re, & animā esse formā substantialem
corporis humani.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc ppositio est falsa, ab homine qui alienus est a catholica ecclesia arrogā-
ter asserta, ac sacrī concilijs generali-
bus iniuria.

Confutatio condemnationis.

Stultas & nugatorias quæstiones, & de lana apri- Titum. s.
na logomachias, quæ molestiam tantum adferunt pijs
auribus omnino uitādas, docuit Apostolus. Augustinus Augusti.
Percutit uestram insanam temeritatem, qua nihil non
presumitis, tum in quæstionem uertere, tum definire.

Vis sāre, inquit, naturā dei. Hoc sāto quod nescias, nec
in hoc contristeris. quia nescias, quum et angeli nesciunt
et nō multo post. In die iudicij nō dannabor, quia di-
cam, Nesciui naturā creatoris mei, si enim aliquid teme-
re dixerim, temeritas pœnam habet, ignorantia ueniā p-
meretur. Sed Moabiticum scholasticorum superalium
hanc confessionem sue iustitiae, et caliginis non patitur,
Sed ad definiendum (etiam maxime incognita) est prom-
ptulum ne nihil nescire videatur. Diuinus tamen uates
uidens hunc impossibilem doctorum conatum interro-
gat. Generationem eius quis enarrabit? Quid de essen-
tia diuina eiusmodi subtilia nugamenta in dubium uer-
tute, utrum sit generans ne an generata? quod in scri-
pturis inquirendum non reliquit dominus. Nonne et
scrutator maiestatis opprimendus est à gloria? Non me
pudet nescire, quod saluator non dignatus est iudicare.
Quantum tamen ad rem propositionis attinet, satis sit
Christianis omnibus, confiteri et uere credere, q per
humanam demonstrationem consequi nequeunt, patre
generare filium, filium genitum a patre ante secula, spi-
ritum sanctum ab utroq; procedere, et hos tres unum
esse. Ambrosius super Lucam, Scrutari non licet super-
na mysteria, licet sāre quod natus sit filius, non licet dis-
cutere, quomodo natus sit. Illud mihi negare non licet,

- Ambro.** hoc querere metus est. Paulus nostrae fæcē mediocritati
a. Co. 12. accommodauit, q archana illa, quæ in tertium usq; cœlum

Subiectus didicerat, celare maluit, quā cū periculo rē de
tegeret, quā ne cogitatione quidē possemus consequi, quo
fit, ut multo minus credā Dionysiu accepisse à Paulo,
quae chartis illeuit, De cœlesti hierarchia, Platonizans
magis, ut doctiores testantur, quā Christianizās, quādo
Paulus ipse arcūspectius adde & certius literis tradere
potuisset quæcūq; tandem à domino didicisset & mente
& oculis, si se operæ facturū præauertisset.

Socratis sententia nos rectius monet quā theologorū con- Socrates.
iecture, & de rebus diuinis incertæ opinioes, qui dicit:
Quæ supra nos, nihil ad nos. In præcordijs nostris plus
est negotiij, quā ut in dei castra & lōgo sexū sita adita,
curiosi exploratores ascendamus. Veritatē ppositionis
Lutherus, nec p̄bare uidetur nec improbare, tantum id
genus frigidas disceptationes & uanissimas contentioes,
denib[us] insectatur, cū parum dignas theologis, q; diui-
nis uerbis non asserantur. In quem modum Apostolus
prophanos uocum nouitates deuittandas mandat. An p̄
phanos negabis, quæ humanis commentis, non canonis-
as literis astruuntur? Pulchre seruator noster quæ ue- 2. Tim. 2.
re sunt theologie aperit. Si uos, inquiens, manseritis in Iohā. 15.
sermone meo, uere discipuli mei eritis, ex cuius oraculo
consequens esse potest uos alterius domini (nempe Sa-
tanæ opinor) esse disipulos & à disciplina patris, &
sanctorum communione, quæ uerbum dei iugiter decan-
tat, esse alienos, dū iciuni & infantes, nudi & inermes,

74 DE CONCEPTIONE MARIAE.

ridicule accurritis paratis in hoc magnis bullis, &
uerborū ampullis & terriculamentis, inuimabiles inex-
pugnabiles diuini uerbi mōtes subruturi, uos ipsos ludis-

Esa. 55. brio exponētes. Bene Esaias de uobis præanisse uidetur
Speculatoris eius & oēs, nesciūt, uniuersi canes mu-
ti, nō ualētes latrare, uidētes uana, dormiētes & amātes
sonnia. Sed reproto me ne bilis nimū effrueat. Si cui
curiosas & inopias uestras questioes coaeruatum depi-
Erasmus etas uidere libuerit doctis. Erasmi nostri legat Annotationes in epistola Pauli ad Timotheū priorē capi. primo.

PROPOSITIONES EXCERPTAE
ex alijs libris damnatae. Et primo de Co-
ceptione beatæ Mariæ uirginis.

Contradictoria huius ppositionis bea-
ta uirgo est cōcepta sine peccato origi-
nali, non est reprobata.

Condemnatio Parisiensium.

Hæc ppositio ē falsa, ignorāter & ipie
cōtra honorē imaculatæ uirgis asserta.

Confutatio condemnationis.

Manifestarium est beatæ uirginis innatum ex Adam
q̄ mortalis esset & passionibus subiecta. Non enim in-
se naturaliter aut essentialiter aut substantialiter ha-
buit, ob quod immortalis esset, aut passionibus minus
obnoxia, etiam si uoluisset. Verum quia id deo in de ipsa

DE CONCEPTIONE MARIAE. 73

ra uirgine non displicuit, præsertim, quando per id re-
cte rationi non repugnaret immunis à peccato perfida-
tit. Neq; enim deforme esse potuit, quod deo non dis-
plicuit. Adamo uero nihil erat innatum, creatus ple-
nus sapietia & intellectu, quo, si deo adhæsisset, immor-
talis fuisset, nec fame pressus, nec siti, nisi cum uoluisset:
Anima autem Christi, ab initio creationis suæ, fuit deo
unita, per quam potuisse deus, homo immortalis fuisse
non esuriisse, quatenus id uoluisset. Mortuus siquidem
est, quia ipse uoluit. Vides ex istis, quod ex Pauli officia-
na deriuatis (sacrae scripturas loquor) quo pacto q; beata
uirginis innatum, non imputauerit deus, quippe qd
deo ex eius misericordiae pietate non displiceret. Vide
præterea quid Adamo obuenierat quid Christus potuise-
set, si uoluisset, æstimet & despiciat, hic cädidus & pru-
dens lector, num h.ec res digna sit, ex' qua tot dissidia,
tot sectæ, tot tumultus, tot sunultates conaientur, tum in
theologorum scholis, tum maxime inter Minoritas &
Dominicanos fratres, quos usq; uidemus quasi genuino
& ptinacissimo odio corruptos, lites nunq; finiendas agi-
tare, & mutuis utrinq; seuire obrectationibus, sibilis
& uioperinis dentibus. Id quod proh pudor toti mundo
notius est, q; ut doctore egeat. Sed nunc inuidiae fax &
mutuum odium torpesere cœpit, accedente Lutherò, qui
utroq; scriptis i petreret, nō secus, atq; Christianorū, mi-
niāssimos hostes, Pilatū Herodi cōaliauit. Sed licet hic

70 DE CONTRITIONE.

dum uno animo in aduersariū irruāt, priorem illā abīstant, simultatē, ē sumo tamen in ignē mādūt, pugnā illam longe atrociorē tractantes. Qui si quā cultu tituloq; religionē pfitentur, & re ipsa & animo exprimerent, ad charitatis officia mutuo exhibēda alacriores concurrerēt, que apud nullū uitæ genus minus feruet, q; apud hos mendicātes, ut uocāt. Verū nolo hāc extremi pedoris amerinā (quod diatur) cōmouere, ne meis ipsa naribus oppedat. Hæc tamen ita dicta uelim, ut nullos Christiana mente uere monachos, à mundi strepitu cogitatione lōge dis̄itos, eadem pertica metiendos, dicit et animus neq; tales commouētur hac nostra inuectiuā, ut qui hæc nihil ad se pertinere putet, q; si sunt qui mihi irascūtur, suæ consciencie irascantur.

DE CONTRITIONE ET
his que eam præadunt.

Propositio prima.

Lege manifesta aut memoriam, reuocata in mox sequitur augmentum peccati, si gratia desit.

Condemnatio Parisiensium.

Hæc ppositio loquēdo de gratia, gratū faciente, est falsa, a recta sacræ scripturæ intelligētia aliena, & a meditatione diuinæ legis retractiua.

Confutatio condemnationis.

Alicius ergo à sane scripturæ intelligentia, & à meditatione diuinæ legis retractius est Augustinus, Psal. 118. sermone. 25. ubi querit, cur hoc ait Apostolus, Lex iram operatur, nisi ut ostenderet legem, sine promissione gratia, non solum non auferre, uerum & augere peccatum? Vnde & illud est, lex subintravit, ut abundaret peccatum. At quoniam omnia per gratiam dimituntur, non modo que sine lege, uerum etiam que in legi commissa sunt. Ideo ibi secutus adiunxit. Vbi autem superabundauit delictum, superabundauit & gratia. Augusti. Hæc ille. Idem lib. de gratia & libero arbitrio. Per legem cognitione peccati. Quando autem cognosat homo peccatum suum, si non adiuuet gratia, ut caueatur cognitionem, sine dubio lex iram operatur. Hoc dixit, quia ira dei maior est in prevaricatore, qui per legem cognoscit peccatum, & tamen facit. Idem legis litera, que doceat non esse peccandum, si spiritus uiuificans desit, occidit. Scire enim peccatum facit potius quam caueri, & ideo magis augeri quam minui. Quid his clarius adducat post pro Martino. Verum addatur & alius testis. Nam Ambrosius super tertium caput epistolæ ad Romanos. Per legem autem ait, Peccatum superabundauit, quia per legem cognitione peccati, & coepit mihi obesse, scire id quod per infirmitatem uitare non possem. Cæterum plura in consequentibus propositionibus producturi sumus.

Augusti.

Ambro.

Roma. 5.

Propositio Secunda.

Lex ante charitatem non operatur nisi iram, & auget peccatum.

Condemnatio Parricidium.

Hæc ppositio est falsa, piarum aurium offensiva, indeū & eius legē blasphemā, nec intētioni Pauli conformis.

Confutatio condemnationis.

Non mouet nos, si uel uestras uel aliorum, qui nomine tantum sunt Christiani, aures offendant, nostra modo uera sunt, Quod si prudentes haberi multis agendum docte uerbo dei Paulo deformem esse propositiō nem Romanis scriptam, lex iram operatur. Et hanc:

Roma. 4.

Roma. 7.

Augusti.

Idem.

Ambro.

Idem.

Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum p mandatū. Nam huic sententię subscribit August. Psal. 70. Lex sine gratia sola litera est, manet ad cōuincēdam iniquitatem, non ad dandam salutem. Idē de uerbis Apostoli sermone, 75. Lex, inquit, Apostolus præuaricationis gratia posita est, ut te faxret præuaricatorē.

Superbe per legem factus es præuaricator, agnosce gratiam, & esto laudator. Ambrosius libro de Iacob & uita beatae capi. 4. Lex peccatum denunciavit, sed in conditione lubrica penitus cohibere non potuit. Et paulo inferius: Cognitio culpæ que profutura uidebatur, hæc

nocuit ut sarem quod uitare nō poterā. Quid his scripturis & testimonij locupletissimis planius? Quid in meridie lucernam? Hæc igitur propositio est in dei gratiā eret illa & ad nostram superbiam deijāēdam instructiva, Paulinæ intentioni conformis.

Propositio tertia Mar. Luthe.

Opa quæcūq; ante charitatē sunt p̄ctā,
& dānabilia & indisponētia ad gratiā.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc p̄positio est falsa, temerarie asserta, peccatorū ab emendatione retractiū ua & sapiens hæresim.

Confutatio condemnationis.

Imprimis dico, Nemo habet de suo, nisi peccatum & mendacium, ut ait Augustinus super Iohannem sermone. 4. & de suo statuas est, sermone. 48. ergo quicquid operatur homo ex se, ante spiritus sancti infusionem, peccatum est, mendacium est, maledicta arboris malus est fructus, qui describitur Psal. 13. Dixit insipies. Secundo. Si omne quod natum est ex carne, caro est, consequitur omnia opera humanarum virium carnalia esse, quæ describit Paulus ad Gala. 5. Tertio, quoniam scriptura teste, non permanet spiritus dei in homine, quia caro est, constat deum fugere contubernium carnalium hominū. Carnalis autem est, quisquis spiritu dei non regitur.

Iohann. 1. Dannat Iohannes quævis opera liberi ar. Dedit, inquæ
ens, eis potest statem filios dei fieri, his qui credunt in no-
mine eius, qui nō ex sanguinibus, neq; ex uoluntate car-
nis, neq; ex uoluntate uiri nati sunt. Quid itaq; qui

Roma. 8. carnalcs sunt deo plaare non possunt. Quarto quia
caro quærit, quæ sua sunt, non enim sapit ea, quæ sunt
spiritus dei, stultitia siquidē est illi, cuius affectus mors

Gala. 5. est. Et quia affectus carnis, inimicitia est aduersus deū,
qui spiritus est (caro enim concupiscat aduersus spiritum,
eiq; contrariatur) et cum idarco legi dei subdi non pos-
sit, neq; eius aduersario, id est, dei præcepto in uia con-
sentire, manet in carne, hoc est, homine à spiritu Chri-
sti alieno, odium et contemptus dei, eiusq; præceptorum

Roma. 5. quæ à uia cum delectabili carnaliter reuocare nitun-
tur, quo usq; charitas dei diffundatur in corde eius, per
spiritum sanctum, qui datus est nobis. Lict minæ legis
peccatorum recordatio, pœnarum consideratio, serui-
li quodam timore hominem possint concutere, terrere,
commouere, manet attamen in corde tamisper peccati
amor, peccandiq; naturalis libido, dum fortior ut mors,
dilectio superuenerit, amorq; amore superatus fuerit.
Quanobrem concludimus omnia naturalia opera ante
charitatem, esse peccata, carnalia, mendacia, odiosa,
damnabilia, et indisposita ad gratiam, nisi uelis facien-
da mala ut eueniunt bona, quod absit. Cum Paulo itaq;

Augusti. et Augustino Lutherus, in unam descendit temeritate.

Nam

Nam psal. 31. Augustinus doct, quantum ualeat noster
ille conatus ante gratiam extortus. Nulla opera debe-
mus preponere fidei, id est, ut ante fidem quis dicatur
bene agere. Ea enim opera quae dicuntur ante fidem bo-
na, quamuis uideantur hominibus laudabilia, inania
sunt. Nemo ergo computet bona opera sua ante fidem.
Vbi fides non erat, bonum opus non erat, haec ille. At ne
Sophistæ calūnientur (quid enim non depravant?) Augu-
stinum loqui de fide informi, hoc est, ficticia, demoniacæ
stimulatitiae, addit consequenter: Bonum opus intentio fa-
tis, intentionem fides dirigit. At intentio quæ operi no-
men imponit, charitas est. Idem in epistola ad Iulianum:
Eæ apertam confessionem gratiæ quam uehementer co-
mendat Apostulus, & etiam mensuram fidei, sine qua
impossibile est placere deo, ex qua iustus uiuit, quæ per
dilectionem operatur, ante quam & sine qua omnino nul-
la cuiusquam bona opera estimanda sunt, quoniam om-
ne quod non est ex fide, peccatum est. Quid clarius?
Opus ergo fidei charitas est, quam beatus Augustinus in-
tentionem appellat, contra Iulianum lib. 4. Si oculus tuus
lucidus fuerit, &c. Hunc, inquiens, oculum agnosce in-
tentionem qua facit quisque quod facit, & per hoc discere cu[m]
qui non facit opera bona, intentione fidei bona, hoc est
eius quæ per dilectionem operatur, totum quasi corpus,
quod illis uelut membris, operibus constat, tenebrosum
esse, hoc est plenum nigredine peccatorum. Audite o[mnia]

Augustin

1 Cor. 2. 0.

Rom. 14.

Augusti.

Matt. 6.

circumāsi theologastri haec Augustini uerba, de promē-
tia opus ante charitatem, nedum esse peccaminosum, ue-

s. Cor. 13. rum plenum nigredine peccatorum. Sed et Paulum: Si
linguis hominum loquar et c. Si tradidero corpus meū
et c. Item et illud apud Sorbonicos sapit hæresim: Vi-

Prove 15. clime impiorum abominabiles. Et illud, inquit, et
sunt uiae illius in omni tempore. Ante gratiam nemo pi-

Psalm. 9. us. Quare sic obiurgat dominus impium apud Prophe-
tam etiam in pio negotio, quod tamen quia ab impiis pro-

Psalm. 49 fectum, non potuit non dispiere diuinis auribus. Quare
tu enarras iustias meas, et assumis testamentum meum
per os tuum. Quod si infidelis est qui quis gratiam non
habet, profecto ut mundis omnia sunt munda, ita et in
fidelibus nihil potest esse mundum, dummodo non ha-
bent gratiam. Inmundus autem non parat nec meretur
gratiam, quippe quae nisi gratis donetur, non est gratia,
sed meritum. Ex his liquere puto quod nihil operibus no-
stris deferendum est ante charitatem factis. Non enim

Matt. 7. potest mala arbor fructus bonos facere. Nec illa sentit
Augustin August. psal. 80. opera bona appellada, quod de radice
bona non processerint. Frustra ergo et mendaanter pre-
dicant nobis opiniosi scolastici theologi prelatorijs
nostris, cum salicet facimus quod in nobis est, id est, cu

uehementer peccamus, gratiam promereri de congruo,
idque noua meriti appellatione. At quis est misericordie
locus, si habetur nostrorum oporum respectus? Quis

gratiae gloria, si debetur nostris operibus. De hac contritione, quae est sine charitate, & qua nimirum gratiam promereri scriptum est: Contritio & infelias in hijs Psalm. 13. eorum, & uiam pacis non cognouerunt. Et iterum: Du Hiere. 17 plia contritione contere eos. Vana certe est contritio hominis, quā suo sibi marte parat, nisi deus cōterat Sathanam sub pedibus nostris. Vultis cōmonstrē, unde mortalia corpora nostra uiuificantur, p nostrū ne illud facere quod in nobis est, an p gratiā gratuito nobis donata?

Paulus id explanat. Quod si spiritus eius qui suscitauit Roma. 5. Iesum à mortuis, habitat in uobis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Non dicit, propter opera & conamina uestra, quibus hoc beneficij de congruo estis promeriti.

Propositio quarta, M.L.

Qui bonum opus aut penitentiam a peccatorum detestatione, ante dilectionem iustitiae, incipi, nec in eo peccari asserit, inter Pelagianos numerandus est.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc propositio est falsa, & ignoranter asserta, capiendo dilectionem iustitiae, pro ea quæ charitatem seu gratiā, gratum facientem sequitur.

Confutatio condemnationis.

Falsa est & ignoranter asserta quia non consonat Augustin sententiariorū cōmentis, Augu. tamen hanc afferit, nec Psal. 50. ignoranter opinor, Psal. 50. ibi : Et spiritū sanctum tuū ne auferas à me. Est spiritus, inquit, in confitente, i. m ad donum sancti spiritus pertinet, si tibi dispiacet, quod seā Augustin sū. Et paulo post : Quia non potest esse confessio peccati in homine à scipso, cum quisq; sibi irasatur, & sibi dispiacet, sine dono spiritus sancti non est. Nec ait: spiritū sanctum da mihi, sed ne auferas à me, spiritus autē san Idem. Etus non obtinetur sine fide & dilectione. Hæc Augu. idem in libro de correptione & gratia. Non solum ait, cum agitur pœnitentia, uerum etiam ut agatur, dei misericordia necessaria est. Alioquin non dicaret Apostolus de quibusdam, ne forte det deus illis pœnitentiam, ut re Lucrez. 22. sp̄ificant à diaboli laqueis. Et cū Petrus amare s̄leret, præmisit Euangeliſta, respexit eum dominus. Idem de gratia & libero arbitrio. Nisi donum dei, ait, ipsa conuersio effet, non ei dicaretur: Domine deus uirtutum conuerte nos. Et aliis Propheta: Conuerte me domine, & conuertar, quia tu dominus deus meus. Et postquam conuertisti me, eḡi pœnitentiam. Vnde & dominus: Et conuertam, inquit, eos, quia misericordor corum, & erunt siccut fuerunt, quando non proiceram eos. At patribus dicentibus, à timore ascendit ad sapientiam, atq; à timore pœnitentiam auſpicari intelligendi sunt de timore, ſpi Psal. 79.

ritus sancti dono, charitate informato. Est enim res plena timoris amor. Amor enim naturaliter timore gignit. Quantum enim aliquis amat pecuniam, tantum timet ne perdat eam. De quo latius Augustinus super Ioan= Augustin
nem, ser. 44. Argunt hic Parisienses, scilicet nihil aliud sa-
pere, quam quod Aquinas ille & Scotus argutantur.
Disputat hic lector, Pelagianam ne heresim magnifici-
isti condemnatores habeant in pectore, qui ante dilectionem iustitiae, que non est ante gratiam, opus bonum uel
etiam initium boni operis audent statuere.

Propositio quinta. Martini L.

Contritio que paratur per discussionem,
collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos
in amaritudine animae suae, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem,
föeditatem, amissionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquisitiōnē,
hęc inquam contritio facit hypothesis, immo magis peccatorem.

Condemnatio Parisiensium.

Hęc propositio est falsa, uia ad poenitentiam impeditiva, scripturis sacris,
& doctrinæ sanctorum difformis.

Confutatio condemnationis.

Quod peccati augeat & hypocrita reddatur, quis-
quis credit se se conferere aut discutere sua peccata, sine
spiritu sancto per gratiam & fidem obtento, satis doct-
Hierony. Hieronymus prouer. 15. Quicunq; inquit, tribuit sibi
bonum quod agit, etiam si nihil mali videatur manibus
operari, iam cordis innocentiam perdidit, in quo se lar-
gitori donorum praetulit, & ideo talem conditor suus ab
hominatur ut reum, quem sibi beneficijs contemplatur
ingratum. Sed eorum commentaria non euoluunt hu-
ius aetatis doctores, quorum tamen uita cantatissima,
& eruditio proprius acedens ad ipsos sacre scripturæ
fontes. Quod si cuius (ita ut sit) conscientia scelerum
immanitate concutatur timore, claret seruilem esse,
atq; violentam conuersionem. Sed neq; cupiditate p̄r-
miorum, petenda est iustitia, nisi mercenaria, & simula-
tia, cum deus nullius commodi respectu amari uelit.

Quare, qui uel amore p̄remij, uel terrore poenaru im-
pellitur ad amandum, is quæ sua sunt querit, non quæ
Iesu Christi. Porro gratuito, libero, spontaneoq; affectu

2. Cor. 9. querendus & amandus est: Sicut scriptū est: Hilarem
Augustin datorē diligit deus. Vnde Aug. testatur omne opus quod
non fit amore iustitiae peccatum esse. Admitto presen-
tem propositionem scholasticas doctribus difformem, si
Euangelias & Apostolicas conformem, eam uia sim mihi
donetis, quod & in sequentes propositiones & an-
notationes, omnino afferent, cādem penē rem, liet uer

bis diuersis declarantes.

Propositio sexta. M.L.

Nec timore, nec amore potest homo se erigere ad capescendam gratiam dei.

Condemnatio Parisiensium.

Hæc propositio est in fide & moribus erronea, omnem præparationem ad pœnitentiam impie auferens.

Confutatio condemnationis.

Primum ergo in fide & moribus errat Bernardus, Bernar.
sermone de cantico Esaiæ in calce, qui utrumque, & timorem & amorem infrugiferos ostendit, cum uel istius inuitamento, uel alterius impulsu ad gratiam assurgere contendimus. Et qui timet ire, inquit, ad portas inferi, & qui decum cupit uidere propter quietem sui, uterque que sua sunt, queruntur. Deinde Augustinus haudquaquam dissonat huic sententiæ, Psal. 84. Noli tibi arrogare, nec ipsam conuersationem, quia nisi ille te uocaret fugientem, non posses conuerti. Id si uere dicat Aug. Quis est ille amor, quis est ille amor, quo se homo dirigit ad gratiam ante fidem? Addite eundem Aug. epistola. 144. ad Anastasium, inaniter putat se uictorem peccati, qui poene timore non peccat. Quia & si foris non impletur negotium cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas, intus est hostis. Et quis coram deo innocens inuenitur, qui uult

Augustinus

Idem.

fieri quod uertatur si subtrahas quod timetur. Ac per hoc
 in ipsa uoluntate est reus. Depinxit ne istis uerbis Au-
Augustin gustinus hypocritam? Qui de hypocritarum principi-
 e Saulo eadem dicit ad Bonifacium li. i. cap. 9. Nec quen-
 quam moueat q. Paulus ad Philippenses scripsit, quod
 fuerit sine querela. Potuit enim intus esse in affectioni-
 bus prauis praeuaricator legis, & tamen conspicua ope-
 ra legis implere, uel timore hominū, uel ipsius dei, uel
 pœnæ formidine, & nō dilectione & delicatione iusti-
 tie. Aliud est enim uoluntate benefaciendi benefacere,
 aliud aut̄ ad malefaciendū sic inclinari, ut hoc faciat si
 impunē posset. Et sic profecto in ipsa intus uoluntate
 peccat, qui non uolūtate sed timore non peccat. Hæc ille
 Vnde & in prædicta epistola, inimicus, inquit iustitia
Idem. est, qui penæ timore non peccat. Amicus autem erit si
 eius amore nō peccat. Et iterum: Tantū quisq; odit pec-
 catum, quantū iustitiam diligit. Charitas aut̄ nō diffun-
 ditur, nisi per spiritū sanctum. Quis ergo amor ille quo
 ad gratiam expectandam nosmet erigamus? Quid mul-
Iohan 15. tis immoror? An omnem præparationem ad pœnitenti-
 am impie abstulit, qui dicit uniuersaliter: Sine me nihil
 potestis facere? Nō opinor, imo p. hanc solā confessionē
 qua nostræ paupertatis consciij confitemur à deo nobis
 emanare omne donū optimū, gratiam expectamus: quā
 tamen confessionem nec sine gratia uere, & ex animo fa-
 amus. Studio si uidentur M. N. ut ueritatem faciant hæ-

DE CONTRITIONE.

89

retiam, dum suæ plus satis philautiae fauent thraſones.

Propositio septima. M.L.

Sine gratia primo remittente culpam,
nec uotum remissionis quærendæ ho-
mo potest habere.

Condemnatio Parrisiensium.

Hęc propositio est falsa, impia, & pec-
catorum ad desperationem inductiva.

Confutatio condemnationis.

Affinis est hęc propositio superioribus. Et ne nihil
objiciatur, quod hic tueatur Lutherum, Augustinum au Auguſtinum
diamus nonnihil præsidij huc adferentem. Psal. 77. Vbi
diat in hęc uerba: Quomodo redit caro spiritus, ambu-
lans, & non reuertens, urgente sc̄e in imamalorū, atq;
longinqua meritorum, nisi per electionem gratiæ, quæ
non meritis tanquam merces redditur, sed tanquam donū
gratis datur, ut iustificetur impius, & redeat ouis deper-
dita. Non tamen in uiribus suis, sed in humeris repor-
tata pastoris, quæ sc̄e perdere potuit, dum sponte ua-
garetur, se autem inuenire non potuit. Nec omnino in-
ueniretur, nisi misericordia pastoris quæreret. Auditis
quid uoti habeat homo palabrum dæ ouicula comparat-
tus, querendæ remissionis, dum sponte uagatur? Quid
his uerbis diluadius haberi potest? Falsus habetur Pro-
pheta, dicens: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam Psalm. 31.

mean domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei.
Quod exponens Cassiodorus, ait: Dixi, id est, delibera ui apud me, quod confitebor, & tu remisisti. Magna pietas dei, qd ad solam promissionem peccatum dimiserit. Votum enim pro operatione iudicatur. Cum ergo uotū habet peccator confitendi, iam remissa est iniquitas, tantum abest, ut personatum nostrum uotum quipiam impetraret. Accedit ad h. ec Esaias, qui ab ipsis condemnatoribus notatur dicens: Erit antequam clament, ego exaudiam. Adhuc illis loquentibus ego exaudiam. Mirum, si qui uel audiantur, uel exaudiantur, ante gratiam iustificantem, quam etiam ante certum & sincerum uotum, aut arte in ipso uoto obtinent. Dolco hanc misericordiam infelitatem, & infelicem misericordiam Magistrorum, qd tam infelicitate de sacris literis iudicant. Nunc demum sentimus fucum nobis factum, & misere nobis impositū ab istis theologis, qui ceu semidei & heroes apud rudē plebeculam habiti sunt, qd lingue uolubilitate, & monstruoso titulo lamentabiliter heus degluberunt. Et qd notwithstanding propositionem presumptionis inductiuam, ita intelligo. Desperat de se qui in Christo sperat, & quo magis in Christo sperat, hoc minus fudit sibi. Et quanto magis de se sperat, tanto minus sperat de Christo. Proinde tanto uianior presumptioni, & in spiritum sanctum committens, quanto de se plus sperat. Qui ergo non desperat de se, de suis uiribus, de suis operibus, in Christo

Esaiae 65.

non potest sperare. Qui nō sperat in Christo, desperat.
 Qui desperat, iam damnatus est. Quemadmodum Hic
 ronymus ad Galat. 5. Is ait, nō confidit in carne, qui om-
 nem utilitatem expectat à Christo, & non seminat in
 carne, ne de carne metat corruptionem, sed de spiritu, de
 quo uitam æternam mereatur. O felix & ter beata de-
 speratio, ex qua bonum & salutare sanctæ spei donum
 effluxit, quod donum non capiunt, qui in se docti sunt
 confidere ut scholasticæ theologiæ.

Propositio octauia. M.L.

Christus nunquam peccatores coagit
 timore ad poenitentiam.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc propositio, capiendo cogere pro
 inducere, sicut capitur frequenter in
 scriptura sacra, est hæretica.

Confutatio condemnationis.

Arguunt hic Parrisienses supinam suam osatatio-
 nem, qua Lutheri animum scriptaq; collustrarunt. Ipsi
 enim distinguunt de coactione, Martinus de timore pro-
 nuntiat, quem de timore presentis uitæ inferendo intel-
 ligit. Non enim aut flammis aut igni aut uitæ dispen-
 dio quenquam coegit dominus ad resipiscéntiam. Quin
 & Ioannis. 6. cum discipuli quidam heretici defiarent
 à Christo ad turbam, ad ecclesiam Sathanæ, offensi per

Christum, discipulos rogit qui inoffensi persistierant, num & ipsi uellent recedere, ueluti optionem deferens, utro uellent inclinandi, tantum abest ut uel uinculis, uel minis coegerit dominus ad unionem. Unde & beatus Augustinus in epistolis nullo pacto probat, ut haeretici cogantur, uerum pro ipsis oretur, quemadmodum non indiligerenter sepe intercedit p[ro] Donatistis seuissimis hereticis modo, uerū etiam latronibus ne seuiretur à perfectis in illorum corpora. Quare & beatus Paulus obsecrat Romanos, precepitq[ue] Thessaloniensibus, ut considerantes eos qui dissidia & offendicula contra doctrinam quam didicerunt, gignunt, declinarent duntaxat ab illis. Quod preceptum & obseruasse Cipriani testatur epistola eius ad Cornelium Papam tertia. Declinet, inquit, fortiter & evitent dilectissimi fratres nostri uerba & colloquia corum, quorum colloquia ut canar serpit. Sicut Apostolus ait: Corrumptunt ingenie bona, confabulationes peccimae. Et iterum, Haereticum hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciens quia peruersus est huiusmodi & peccat, & est a se metipso damnatus. Ceterum qua hodie foueantur clementia, si qui parum candide sentiunt, cum quibusdam Theologorum commentis subinde etiam uanissimis & mediasimis, nemo est qui nesciat. Apostolus Timotheo prescribit, quod uitæ sectaretur institutione: Seruum, inquit, domini non oportet litigare, sed plaudum esse er-

Rom. 3.3.

1. Thes. 5.

Cyprianus

1. Cor. 15.

Titum. 3.

2. Tim. 2.

ga omnes, propensum ad docendū tolerantē malos, cum magnitudine crudelitē eos, q̄ obſistūt ueritati. Has ueri christiani partes nū explicuistiſ dñi doctores, dū fratri ueſtro ſine z̄bo dei h̄ereſeos notā iuritus uos uideritiss?

Propoſitio Nona. M. L.

Bonus est timor & utilis, licet ſit insuf- ficiens per quem paulatim fit consue- tudo iuſtitiae. De his uerbis Augustini ſequitur iudicium Lutheri, Hoc eſt(in- quīt)meo iudicio, consuetudo despe- randi & odiendi deum, ſi excludatur gratia.

Condemnatio Parrisiensium.

Iudicium Lutheri de illo dicto Auguſti ni, bonus eſt timor &c. eſt falſum, teme- rarium, & impium, accipiēdo gratiam ut ſupra, pro gratia pratum faciente, ſi cut eam accipit ſcriptor.

Confutatio condemnationis.

Quoniā deus opa nō reſpiat, niſi priuſ reſpexerit per- ſonā, hoc eſt, fidē opantis. Demiror quid fiat, ut ſolo ti- more ſine gratia iuſtificāte quifpiam deo placere poſſit.

Sicut ſcriptū eſt: Et reſpexit deus ad Abel, et ad mune- ra eius, ad Cain aut et munera eius nō reſpexit. Reſpi- at pſonā, hoc eſt, fidē pſone offerentis uota ſua, deinde

Gene. 4.

*munera, uiso enim Cain propter fidei absentiam, nec mut
nera eius respexit. Nam qui sine charitate est, filius est
ire, quia precepit dominica transgressor. Et oculi domini
super iustos tantum. An quisquam est iustus sine gra-*

Psal. 33.

Roma. 3.

tia iustificante? Iustitia, inquit, dei per fidem Iesu Christi in omnes et super omnes eos qui credunt. Augustinus, Iustitiam dicit Paulus, non hominis aut propriae voluntatis, sed dei, non qua iustus est deus, sed qua induit hominem cum iustificat impium. Sed forte Theologi Par-

Augustin

risienses nouo quodam modo sese saluare didicrunt ex Aristotele sine gratia. Adde Augustinum in Epistola Ioannis de Abelis et Cainis sacrificio differentem. Hoc sane dicit Apostolus: Nesatis quod Christus Iesus habitat in uobis, nisi forte reprobis estis. Ecce quem Christus non inhabitat, reprobis est, et a diabolo regitur. Quemcumque ergo statueritis timore et exclusa gratia, peccatum statuitis, quod parat diaboli mancipium. Et ita atatum a Luthero Augustini uerbum intelligi debere, declaratur libro de natura et gratia his uerbis: Si spiritu duamini, non estis sub lege. Sub lege est, qui timore supplicij, quod lex minatur, non amore iustitiae, se sentit abstineri ab opere peccati, nondum liber et alienus a uoluntate peccandi, in ipsa enim uoluntate reus est, qua mallet fieri posset, non esse quod timeat, ut libere faciat quod occulte desyderat, et ergo non bene facit, sed peccat, quo ad usque per spiritum sanctum lex libertatis non ser-

Galat. 5.

uitutis, quia charitatis utiq; non timoris (de qua Iacobus ait: Qui perspexerit in lege perfect.e libertatis) eum ad bene operandum induxerit. Quid his Augustini ucr-
bis pro Lutheru*luadiu*s, qui in eodē loco ubi h.ec pro-
positio odiofissime (uti c.etera omnia) est mutilata fate-
tur, hominem continere quidem per se timorcm à peccato
operis, duntaxat externe posse, at intus augere iusti-
tie odium. Chrisost. super Matthæum: Omne bonum, quod non ex amore ipsius boni faciunt homines, ingra-
tum est apud deum. Aug. ser. 249. Vbi immunditia est corporis, ibi habitatio est diabolæ spiritus, q. maxime gaudet in inquinatione carnis nostr.e. Omnes autem in-
mundiae deo dispiacent, maxime quæ sunt animalcs.
Quomodo mundus esse potest, qui gratiam non habet,
quæ cadet sub præcepto? Et quomodo potest ucre spera-
re, à diabolo ob talēm immundiciam possessus? Qui spi-
ritum Christi non habet, inquit Apostolus, hic non est eius. Iudicium Lutheri de Augustini dicto, qui gratiam non excludit, sanum adparet & cordatum.

Propositio deāma.

Si Iohannes scilicet baptista timore do-
cuisset esse initiū pœnitētię, nō ideo se-
quitur pœnitentiam incipere a timore.

Condemnatio Parisiensium.

Hæc propositio est manifeste erronea

in Christum & inspiratam precursoris
eius doctrinam contumeliosa,

Confutatio condemnationis.

Matt. 7.

Est igitur manifeste erroneum dictum Saluatoris: Nō potest arbor mala fructus bonos facere , neq; arbor bona, fructus malos facere . Nam quisquis est sine fide per dilectionem operante (et si timore coactus uideatur pœnitere , cum id facte faciat) est arbor mala secundum Augustini libro ad Iulianum .4. capite .3. quare nec ueros edit poenitenti.e fructus . Vera enim poenitentia, teste Paulo , donum est dei . Nequando det deus illis poenitentiam ad cognoscendam ueritatem, ut resipiscant a diaboli laqueis . Et si conferendum est exemplum , nemo ignorat , que fecerit Iudee proditoris poenitentia , que ex horrore & timore initata , similem & initio dignum sortita est finem . Item et Antiochi illius , qui uel hoc uerius uidetur poenitusse , q; restitutionem & oblationem pollicebatur . Hæ poenitenti.e cū sine fide & dilectione essent , inutiles nimis fuere , & peccatum augentes . Augu-

Augusti.

sermone .7. Poenitentiam certam non facit nisi odii peccati , & amor dei . Et paulo post : Vos modo satis debetis

Luce. 7.

amare deum , & timore iam ad dilectionem transire , quia sic legimus in Euangilio de Peccatiæ , Cui multū remittitur , multum diligit . Et ideo multum debetis diligere deum , qui nos expectando & non puniendo , ad

Ambrosi.

poenitentiam adducre dignatus est . Vnde Ambrosius

super Lucam, tractatu. 4. Quid profuit baptisma Iohannis fratres mei? Si profuit aliquid, & modo maneret & baptizarentur homines Iohannis baptismate, & sic uenirent ad baptismum Christi. Sed quid ait? Ut manifestetur Israeli, id est, ipsi populo Israël, ut manifestetur Christus, uenit baptizari in aqua. Non est igitur uera pœnitentia, nisi amori timor succedit. Et non ex timore, sed ab amore iustitiae incipit uera pœnitentia, & ex dilectionis intentione sequitur odium peccati intensius. Ambo si itaque Lutherum non doceat in præcursorum contumeliosum.

DE CONFESSIONE.

Ars cōfiteōdi, qua hucusq; docti sumus arenā nūterare, singula peccata discutere, colligere, atq; pōderare, ad faciendā contritionē, est ars inutilis, īmo ars desperandi & perdendi animas.

Condemnatio Parisiensium.

Hæc ppositio est falsa, impia, schismatica, & confessioni quæ est ars lucrandi animas, iniuria.

Confutatio condemnationis.

Vbi Augustinum supra citauimus Psal. 5. o. licet uidere inutilem esse artem, quia hactenus docti sumus, ha-
renā numerare, peccata discutere &c. Et breuiter domi-

nus saluator noster nunquia cuiquam id iniunxit oneris, ut peccata discuteret, colligeret, & deinde sacrifico numeraret, antequa remissa declareret, ex quo colligo anxi-
am illam extortam, & a catastrias peccatorum refractionem, pœnitentiæ & remissione minime necessariam.

Luce. 7. Sic apud Lucam, remittuntur ei peccata multa, nō quia studiose colligit, nō quia accurate ad calculum reduxit,

Mat. 15. sed quia dilexit multum. Et apud Matth. Mulier ma-

Mat. 9. gna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et alibi, Videns mu-

Mat. 9. lierem quæ sanguinis fluxum patiebatur. Dixit, Confi-

de filia, remittuntur tibi peccata tua. Ecce fidem impreca-
tus dominus, quibus peccata remitteret. Cæsis dixit,

Creditis quia hoc possum facere uobis? Dicunt ei, Vtque domine. Et tetigit oculos eorum dicens, Secundum fi-

Mat. 21. dem uestram fiat uobis, non secundum uestram peccati-
torum discussionē. Et apud Matth. Omnia, inquit, quæ petieritis patrem in nomine meo, credentes, accipietis.

Tantum credentes uere præmūr ignosā nobis pecca-
ta, & accipiemus. Ex quibus omnibus, doctetur fide tan-

Act. 15. tum obtineri spiritum sanctum, per quem peccatores conteruntur. Sicut & in Actis, Fide purificans corda

eorum. Et ibidem Apostoli absoluunt aliquot milia, nihil postulantes reanscri catalogum peccatorum. Et Propheta ait, Tu asperges me domine hysopo, & mun-

dabor, tu lauabis me, & super niuem dealbabor. Vide-
rat propheta, non ex se aut petendam, aut parandam con-

tritionem qui à solo domino lauari exoptat. Desperat
 certe, qui de se præsumit contritionem exaltare sine fi-
 de in deum. Et qui sic confidit in corde suo, stultus est.
 Hæc tamen dicta uelim atria iniuriam auricularis (ut
 vocant) confessionis, quam nemo tollit modo candide tra-
 datur. Traduceretur autem candide si in hoc scdulo in-
 cumberent declamatores in popularibus contionibus,
 ut uanum hunc & eu de numeranda barena conatum
 eleuarent & imminuissent, quo conantur singula pcc-
 cata ad uiuum (quod aiunt) excutere, colligere, expen-
 dere, quo contritionem sibi parent & exorqueant. In
 cuius rei locum doceant de fide uerbi dei quodcumq[ue] li-
 gaueris &c. plene & indubitate confidere, & digna Mat. 16.
 spiritus sancto sentire, nec inanes sint uictores cū iacent
 se purgatos, q[uod] confessi sint, quales utinam non tam mul-
 tos noscerem etiam saecdores, quos audiui non sine do-
 lore & cæstatis commiseratione talia effutientes, &
 pertinacissime destomachantes in eos qui fidem hic dei
 inculcare, & nostrum opus extenuare contenderent
 quando totū q[uod] in anima agitur non labiorum mortui &
 uocis officio, sed fidei & diuinæ gratiæ debetur. Quod si
 peccata non remitterentur, nisi prius in carnifana con-
 saencti & nostre essent plene discussa & appensa, id p=
 fecto tyrannicū esset & nō ferendū onus. Delicta enim
 quis intelligit? Neq[ue] enim ubi ecclesia aut fr̄atres nostri
 nō sunt offensi, aliquid iuris habet quo oneret Christia= Psal. 19.

nos. Solus deus oculorū est conscius & index. Nihil tamen prohibet fratri detegere, si quid habeam quod merecundat, ut hoc consilio pacatoe fiat conscientiae status. & ardenter certiorq; in deum fides. Sed quorsum illa conscientiae tortura?

Propositio secunda Mar. Luthe.

Confessio illa quæ nūc agitur occulte in aurē, nullo potest diuino iure pbari, nec ita fiebat primitus.

Condemnatio Parrisiensium.

Huius ppositionis prima pars ē falsa, & ex ignorātia iuris diuini asserta. Secunda est temere posita,

Confutatio condemnationis.

Principio Parrisanorum fuit partium, scripturam aperire, qua presumerent conuincere confessionem quæ in aurem fit diuino iurc pceptum. Nō per illud Iacobi quod forte primo loco obicarint, ut taccam de Epistola

Iaco. 5. I.e & autoris autoritate, Confitemini alterutrum peccata uestra. Iacobus enim cum Paulo cū meminisset de induendis presbyteris ut oleo inungant infirmos cum

Augusti. precationibus, id est, secundū Augustinum, ut amministrent infirmo corporis & sanguinis sacramentū. Non subdit: & confitemini illis, salicet presbyteris peccata uestra, sed alterutrum, neq; enim ratio rei grammati-

ce alium admittit intellectum, quam ut alter alteri, frater fratri confiteatur, iuxta eam confessionem quam iure diuino assero præceptam, ut si habemus aliquid aduersus fratrem nostrum, relinquamus munus nostrum ad altare, & prius reconciliemur offenso fratri ex Euāgelij præcepto, quam munus nostræ uoluntatis deo offeramus. Sic enim deum nobis efficaciter demerebimur, & praesentes uere, remittet nobis debita nostra, si & nos dimittimus debitibus nostris. Id quod dominus ipse Mat. 5.
 astruit, Remittite, & remittetur uobis. Hæc confessio etiā præcipitur alibi, Si peccauerit in te frater tuus, corripe cum inter te & ipsum solū. De qua consule Augu- Mat. 18.
 stinus super uerbum, Neq; absorbeat Psal. 68. Deinde nec Euangelium de leprosis nobis suffragatur, quippe quæ Mat. 8.
 non lepram, ut nos peccata ostendebant, sed se iam mundatos, quibus id negotij tum iniuxerat dominus ut peccata sua & sordes Iepr.e detergerent sacrificio, uerum ut ex instituto legis sacerdotum elogio, & amissi alba miedides leprosorum innotesceret. Quod si confessione clauiculariam astruere multis præceptam, iure diuino, quod nō est immutabile, consequēs uidetur oēs, qui sub ueteri lege ante euangeliū militarū, & item oēs infantes interim perisse, quippe qui in aurem nō credātur, confessi, iudicia enim domini iusta in æternū. Præterea nunq; p= babūt, nisi fallor. M.N. cōfessionē modernā in usu habi- Hicro.
 tā, & estate Hicronymī, id qd' notatur in epistola eiusdē ad

Oceanum. Sed si qui publice aut in Ecclesiā peccassent,
publice & apud ecclesiam poenitiebant, cuius confessio-
Historia meminit ille quisquis fuerit tripartite historie au-
tripartita ctor, qui refert, q[uod] uisum est antiquis pontificibus, ut ue-
luti in theatro sub testimonio Ecclesiastici populi deli-
cta pandantur, & hac causa presbyterum bone conuer-
sationis, seruantemq[ue] secreti, at sapientem virum desig-
nauerunt, ad quem acedentes hijs, qui deliquerant, de-
licita propria fatebantur. At ille secundum uniuscuius-
q[ue] culpan, multam indicebat. Quod etiam hactenus di-
ligenter in occidentalibus seruatur Ecclesijs, & maxi-
me Romæ, ubi etiam locus est certus penitentium, ubi
stant rei, uelut iij qui lugent. Porro ubi sacra celebra-
tio impleta fuerit, illi communionem non perapientes
cum gemitu & lamentatione scipso in terra proster-
nunt, ad quos accurrens Episcopus, & ipse cum lachry-
mis & gemitu spirituali procumbit, & totius Ecclesiæ
plebs illachrymatur. Postea primus omnium consurgit
Episcopus, & iacentes erigit e terra. Tum facta pro po-
nitentibus oratione, dimittit omnes. Interim, illi se ma-
cerant uarijs afflictionibus ex sententijs episcopi, synax-
eos tempus, quod prescribit episcopus, expectat. Quo
tempore uelut iam persoluto debito una synaxis cum
reliqua ecclesia partiapant. Hæc Romani pontifices ad
nostra usq[ue] tempora seruauerunt. Sed Constantinopolis
tantisper presbyter prefuit penitentibus, donec mu-

Hier quædam primæ nobilitatis post confessionem, in ecclæsia poenitentiam agens, cum diacono aliquoties conrubiisset. Quod ubi palam factum est, aduersus presbyteros coorta plebs est, quod Ecclesiæ uiolassent, ibi Nectarius Episcopus diaconum officio deicat, & uercre Nectarius penitentiæ modum antiquauit, nullo designato poenitentibus presbitero, permisitq; ut pro suæ quisq; conscientiæ iudicio, participaret mensæ domini cum liberet. Hæc in historia Tripartita. Ex his colligitur dupliam formam publicæ confessionis & penitentiæ fuisse quoniam. Alterum primæ Ecclesiæ, ubi coram uniuersa ecclæsia accusabantur dūtixat publica crimina, ut sic uel electi e communione fidelium flagitosi qui resipiscere uolebant, uel totius ecclesiæ suffragijs absoluti qui resipiscerent. Exemplum huius patet. 1. Cor. 5. & 2. Cor. 2. de incestu. Alteram ubi poena publica est, confessio non item, cuius exemplum hodie extat in homiādarum pœnitentia. Cuius confessionis meminit Cyprianus sermone *Cypria.* 5. de lapsis, qui cum de publicorum criminum confessione loquitur, indicat eam potius coram sacerdote quam uniuersa ecclæsia faciendam. Confiteantur, inquiens, singuli queso uos fratres delictum suum dum adhuc qui deliquit in seculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio ex remissio facta per sacerdotes apud dominum grata est. Hæc ille. Cuius & meminit Augu. in *Augusti.* Epistola ad Iulianum comitem. 30. Sicut itaq; iure diut

Ioh. 1. no ea exigitur confessio quæ deo fit, de qua Iohannes Apostolus: Si cōfitemur peccata nostra fidelis & iustus est, deus ut remittat nobis peccata nostra. Citra hanc enim peccatum nō condonatur. Rursum non potest non condonari huic confessioni, qua nos ipsos accusamus & damnamus, deo gloriam ueritatis & iustitiae tribuimus. Ita & eodem iure confessio illa publica publicorum criminum, quibus aut frater aut ecclesia lesa est præcipitur, ut supra patuit. At ea quæ hodie obseruatur, uel ob hoc humanū constat esse inuentū, quod nullus ueterum eius meminerit.

Gratianus dis. 1. Gratianus autē multis uerbis de hac recessit de pœnitētia dis. 1. & in utrāq; partem adductis ueterum sententijs, quarum tamen bona pars sentit de confessione solenni, uidetur in dubio relinquere utrum obligetur aliquis ad confitendum, an non. Siquidem prolixam disputationem claudit his uerbis, Quibus autoribus uel quibus rationum firmamentis utraq; sentētia innitatur, in medium breuiter exposuimus, cui autem hārum potius adh̄erendum sit, lectoris iudicio reseruatur. Vtraq; enim fautores habet sapientes, & religiosos uiros. Et glossator primi huius libri dis. 5. pronuntiat nos tantū ex institutione hominum obligari ad confitēdum, & ob id Gr̄eos nunquā fuisse obligatos quod ea constitutio nunquam sit ab illis recepta. Nec enim paulo durius est quod dicit Gratianus, fatetur nos glossa obligari ex institutione & consuetudine ecclesiæ tantum. Gra-

Glossator dist. 5.

Gratianus.

ianus facit liberum lectori utrum putet esse confitendum
an non. Quod profecto fuisset dictum insanum, si hæc
confessio profecta fuisset a Christo, aut si Graecani tem-
poribus confitendi lex fuisset lata recepta; . Adde hæc
in ea. Omnis utriusq; sexus, de pœnis & remissionibus Panormi-
Abbas Panormitanus sentit confessionem esse iuris hu- tanus.
mani. Nec abhorret ab hac sententia Felinus, alijq; iu- Felinus.
ris consulti ueteres. Deniq; designent Parisiani locum
unde erucrint formam illam absolutionis, qua conce-
ptis uerbis tam religiose elata in altum manu utuntur,
quippe quam non reperient memorie proditam ante
quadrageitos annos, hoc est, ante scholasticorum re-
gna. De qua tam innumeras quæstiones mouerunt, &
solligate disputatione. Ex huius confessionis instituto ma-
re illud disputationum natum est, hinc ille inuectæ sunt
sectiones peccatorum in filias, & filiarum in nepotes,
hinc ille enate reservationes casuales, canonice consan-
guinitates, gradus prohibiti, redemptions ueniarum,
que omnia non parum fauant ad farinas Papisticas, ali-
oqui iam diu interdissent hæ Decretales, & collapsa
fuissent multæ Ecclesiastice ditionis iura, si nullus inde
prouenius speraretur. spectareturq; Iam Chrysost. au- Chrysost.
diamus, Hebræ.ii. Non dico, inquit, tibi ut te prodas
in publicum, neq; ut te apud alios accuses, sed obedire
te uolo prophetæ, dicenti: Reuel.1 domino uiam tuam. Psal.33.
Ante decum ergo confitere peccata tua, apud uerum ill-

diām cū oratione delicta, pñūda, nō lingua, sed cōsciētē
tuē memoria. Et tunc demū crede te meseri cordiā posse
consequi, si habueris in mente pecati tua continue. Ad-

Augusti. de eundē Psal. 56. Si confundaris alicui dicere quia pec-
asti, dīc ea quotidie in anima tua, non dico ut confiteas
ris cōscrivo tuo ut exprobret, dīc deo q̄ curat ea, hoc
enim si non dixeris nō ignorat ea deus. Cum facias ea
præsto erat. Hec ille. Forte ex ignorantia etiam diuini
iuris dīctar afferuisse.

Spūalis defectus soli deo ē apīēdus.

Si oportet confiteri, occulta cordis, tan-
tum ea, quæ pleni sunt cōsensus homi-
nes debent confiteri,

Peccata cōtra duo ultima præcepta de-
calogi cōmissa sunt prorsus a confessio-
ne secludenda.

Condemnatio Parrisiensium.

Quælibet harum trium ppositionū est
in fide erronea, & impie confessionem
dimidiāns.

Confutatio condemnationis.

Hec condemnatio stulta est & inepta, quia pro con-
fesso haberi putant, confessionem iuris diuini esse, quod
necdum edociti sumus, ut patuit in propositione præ-

denti. Iuuat ergo hic audire, quid rationis adduere poteritis, quia seuerissimis uestris superalij, & terriculis clamoribus, & rabiis salatatiunculis, & theologia deniq; ne dicam Arc stotelici illa maiestate, ne tantum quidem cōmoueantur. An quisquis uestrae insaniae ausit reclamare dicitur erroneus in fide & impius, Verbo dei docemur nunc omnem deferre fidem, reuerentiam, & obedientiam non theologorum quibusuis quæstionibus, quas (inermas cum sint) tutari & cōmunire si deliter satis nequeunt.

Propositio Sexta.

Nullo modo præsumat homo confiteri peccata uenialia.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc dissuasio innuēs præsumptionis esse cōfiteri peccata uenialia, est temerarij animi indicatiua, ab ope bono retractiua, & ideo perniciosa.

Confutatio condemnationis.

Quoniam sacra scriptura testatur, neminem peccata sua nec intelligere posse, nec agnoscerē, tantum abest, ut omnem rationem & numerum complecti queat. Desperare arte cogitur, quem huius monetæ theologiste præcipiunt, plene & exacte confiteri, adeo ut nullas peccatorum minutias & scrupulos omittat, nec confes-

sionem diuidat. Præsumptuosissimi sunt qui plena fiducia se omnia simul admissa tenere memoria, & pernoscere ac confiteri posse iactitant & gloriantur, quippe quos sacrae scripturæ coarguunt, prædicantes homini ignotum plane esse dei de se iudicium, ob quod prebeatur Psaltes, Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. Item alius quispiam diuus, in eandem sententiam clare facet iustitiam suam, iniustitiam futuram, si districte iudicetur, quia non iustificabitur in conspectu dei omnibus uiuens.

Idem. Sic saluator. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis diate, scruui inutiles sumus. Ecce iniurias nostra post mandatorum observationem, si non succurrat gratia, quæ opus nostrum per se stultum, uanum, mendax, uitiosum, debitum, reddat sanum, efficax, uerum & purum, & quasi libere oblatum. Quanto inutilior est illa discussio peccatorum, quam non habemus præceptam. Sed hæc sacrae scripturæ monumenta nō intelligit, quisquis camelus superbie strumam tergo decutere non accelerat, qua contusa & depulsa sui abiectione, proclive fuerit consæcra mentis sordes aduertere, & inde ardenteri surgere in Christum desiderio, ut obliuiscans quæ exacta sunt, & ad ea quæ ante sunt extensus, sequatur ad palmam glorie. Quis enim omnia uenialia plene confiteretur, quæ occultiora sunt, quam ut uel uocu uel scripto, complecti queantur unde & nullus ad ea nos confienda obligare potest, ut aiunt, nonne

Lucæ.17.

nulli scholia doctores. Sed preamur cum propheta: Ab Psal. 18.
occultis meis munda me domine. Et cum Iob: Verebar Iob.
omnia opera mea.

Propositio Septima.

Non iustificamur opibus, nec poenitētis, aut confessionibus.

Condemnatio parrisensium.

Hæc ppositio loquedo de opibus bonis, fidē mediatoris nō excludentibus, est erronea, poenitentiae & cōfessionis contemptua, & sane diuinæ scripturæ intelligentiae aduersa.

Confutatio condemnationis.

Superuacaneū est hic ululis athenas (quod habet pueribum) mittere aut in siluam ligna ferre, locupletibus enim sacre scripture testimonijs suam Lutherus cōmuniuit propositionem, nosq; supra egimus de fidei energia, quorum omnium cum ne syllabam quidem una refellitis, ea sunt uobis prius demolienda, quam in uestram sententiam animo descendamus, ne nihil tam interim dicam. Adduco illud Apostoli. Gratia seruati estis per fidem, non ex operibus ne quis glorietur. Ephe. 2. R. o. 4. Et alibi. Si Abraham ex opibus &c. Ambrosius in epistola li. 9. episto. 71. Ex operibus non iustificatur homo, sed qui iustus est, donatum habet. Item Augu. psal. Augusti.

110. *Iustitiam hominē non operatur, nisi iustificatus.* Et
Psal. 70. *Quoniam non cognoui nego cationem, introi-
bo in potentiam domini, qui iustitiam operibus querit,*

Roma. 3. *negociari intendit.* Vnde & Psal. 125. tractas illud Pauli.
Iustitia dei in omnes & super omnes eos, qui credunt.

Ro. 3. *Qui credunt, inquit (non ait qui operantur) suscipiunt
iustitiam, quia iustus ex fide uiuit. Sed & eundem pio-*

Augusti. *tissimum patrem audiamus, omnia opera nostra projec-
tient & conculan tem in Epistola. 200. ad Asellicum,
No solum autem & inquit, illa opera legis, quae sunt in
uestibus sacramentis, & nūc reuelato testamento novo
non obseruantur à Christianis, sicut est circumcisio p̄-
pucij, & sabbati carnalis uacatio, & à quibusdam escis
abstinentia, & pecorum in sacrificijs immolatio, & neo-
menia & azimum, & cetera huiusmodi, uerum etiam*

Exo. 20. *illud quod in lege dictum est, No concupisces quod uti-
q; & Christianus nullus ambigit esse diandū, non iusti-
fiat hominem, nisi per fidem Iesu Christi, & gratia dei
per Iesum Christum. Hęc ille. No ergo iustificant. Ve-*

Augusti. *rum ut idē ait ad Paulinū: No idco bona opera frustā-*

Roma. 2. *tur, cū reddat unicuiq; deus iuxta opera sua. Estq; glo-
ria & honor & pax omni operanti bonum, sed quia
op̄a ex gratia, id est, fide, non ex operibus gratia: quoniam
fides quae per dilectionem operatur nihil operare-
tur, nisi ipsa dilectio funderetur in cordibus nostris per
spiritum sanctum qui datus est nobis, nec ipsa fides esset*

in nobis, nisi unicuique deus partiretur mensuram fiduci.

Vnde et idem in epistola ad Sextum, Non sunt, inquit, Augusti.

bona opera, nisi quae per fidem et dilectionem sunt,
quia alterum sine altero nullius virtutis fructum parit.

Quod si ergo ex fide operante paenitamus aut confiteamur, nemo bonum opus negabit, idque non sui natura, sed fiduci, ob quam deus acceptando, operis illius inquit

namenta non imputat. Ita, beatus est vir cui non impunitus dominus peccatum. Non duco miraculi loco, q. Par.

rissenses etiam hic tam pueriliter errant, a veritate alii.

eni, ut potest quibus parum perspecta est Paulina theolo-

gia, que ex diametro pugnat cum scholastica, in quam

omnia impendia, omnes vires, omnem etatem, om-

nes facultates insumpserunt, immo perdiderunt ex-

emplo illius Hemorroisse Euangelicæ mulieris, que Mat. 9.

omnem substantiam exhaustam, in medicos expende-

rat, per quod tamen valetudinem suam, ne tintillum

quidem promouerat. De huius farinae theologus Paulus 2. Tim. 3.

sonare uidetur, q. semper sunt discentes, et nunquam ad

scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum aut

Iohannes et Mambres resisterunt Mosi, ita et hi resi-

stunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem,

sed ultra non proficiunt, insipientia enim illorum manu

festa erit omnibus, sicut et illorum fuit. Et certe hac ho-

ra theologorum insipientia manifesta sit cum tam stulte et

excorviter Euangelium damnant, et fidem opprimunt,

quibus nisi affectus imposuissent, facile nitelligeret, hoc dicere Lutherum. Nos salicet non iustificari operibus aut confessionibus, tanquam quibus debeatur iustificatio, sed per fidem iustificari, quae facit nos uere poenitente, bene operari, et non fide. Cum enim opera resprias sola, seclusa gratia, peccata inuenies, et cum deprehendis opera ex fide proficiat, bona haud dubio sunt ex fiduci merito, et gratuito dei dono.

DE ABSOLVTIONE.

Absolutio est efficax, non quia fit a quo cuncte tandem fiat, erret siue non erret, sed quia creditur.

Confutatio condemnationis.

- Augusti.** Augustinus una cum hoc pronuntiato, falsus, impius et ignoranter quippiam asserere censetur in Iohannem, tractatu s. quo loco dicit, Vnde est ista tanta uirtus aquae, ut cor
Idem. pulsat, et cor abluit, nisi faciente uerbo, non quia fit,
Mat. 15. sed quia creditur. Itē omelia 2. 3. Qd' si in malū euāgeli
Mat. 23. stam qd' inaderit, securis sit ab eo, qd' dixit, Fides tua te
saluum fecit. Ad h̄ec Ps. 1. 77. Nolite uobis uocare patrem
in terris, dicitū est, non ut tollereatur nōmē honoris, sed ut
sacratur ne gratia dei qua in eternā uitā regeneramur, na
turae uel potestati, uel sanctitati hominis tribueretur. Qui
bus uerbis, luæ patet clarius nihil deferendum, uel naturae
uel potestati, uel sanctitate cuiusvis hominis, in quam
sententiam

Sententiam ut pedibus ita & animo descendit Hierony- Hiero.
mus apud Matth. 15. Intelligite hæc insipietcs in popu Psal. 93.
lo, & stulti aliquādo sapite. Vbi de sacramentis egimus,
nōnulla huc pertinentia deteximus. Quousq; patiemur
uos genimina uiperarū, ueritatis rationē & deprauatē
& cōfidentes? Quis uos docuit nō obediē Euāgelio?

Propositiones.

Crede fortiter te esse absolutū, & abso-
lutū uere eris, q̄cqd sit de tua cōtritiōe.

Esto per impossibile, q̄ confessus nō
sit contritus, aut q̄ sacerdos non serio,
sed ioco absoluat, si tamē credat se esse
absolutum, uerissime est absolutus.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæ tres propositiones ad sensum scri-
ptoris sunt falsæ, impiæ, ignoranter, et
difformiter ad sanam sacræ scripturæ
intelligentiam assertæ. Et in hoc quod
dicitur a quocunq; tandem fiat, erret,
sive non erret, & in eo quod subditur,
non serio sed ioco absoluat, sunt piarū
aurium offensiue, sacramenti pœnitentia
irrisoriæ, & consiliorum generaliū
determinationibus contrariæ.

Confutatio condemnationis.

De hac propositione in superiori titulo de sacramen-
tis aliquid attigit. 12. propositione. Hic uero eadem nota
laborant, Petrus, Paulus, Augustinus, Lutherus. Acta
testantur de Christo, in hunc qui credit iustificatur. Et

Act. 15. Ibi: Fide purificans corda eorum. Et Apostolus: Chri-
stus est splendor paternae glorie, & expressa imago
substantiae eius, agensque omnia uerbo potentiae suae, per

Hebrei. 1. se metipsum purgationem peccatorum faciens &c. Testa-
tur Apostolus deum omnia agere uerbo potentiae suae,
non sacerdotis aut ministri uerbo, tanquam ex se prolatu, et
per se purgationem peccatorum facere, non habens rati-
onem, iocetur ne minister an serio faciat. Sed si suscipieti
sit ea fides ut credat se uerbo potentiae dei, non iocantis
ministri purgari, purgatur, per quod solu purificantur
corda fideliuum. Ipse enim est qui dellet iniquitates. Ex so-
lo tantum uerbo saluatio, non ex animo aut uoluntate
hominis ministrantis. His omnibus adiungite syluam il-
lam declarationum qua ualidissime sua communivit Lu-
therus, de huius propositionis ueritate passim agens.

Propositio quarta, M.L.

Quilibet sacerdos debet absoluere a
poena & culpa, aut peccat.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc propositio ad sensum scribentis,
est falsa, observationis & doctrinæ uni-
versalis ecclesie, in his quæ concernunt

Sacramentum pœnitentiaæ contraria.

Confutatio condemnationis.

Hæc propositio proptere*i* est falsa, q*a* captui M. N. non est accommoda. Est item obseruationis & uniuersa lis scholæ S. atanæ & Thomisticæ contraria. Quod si re esse intelligunt mentem autoris sapientem, eluadet quid his uerbis uelit. An non hic ille Lutheru*s* suffragetur: *Noli prohibere benefacere*, Si uales, & ipse benefac. Nam si sacerdos (quod primoribus tantum donatis) potest absoluere ut à culpa, ita & à poena, & non faciat, quomodo charitas dei manet in illo? Sicut scriptum est: *Qui uiderit fratrem suum &c.* An grauior egestas corporis quam animæ? In paucos hanc potestatem absoluendi à poena & culpa contrahitis, ut aliquid luelli inde proueniat uestris crumenis, idq*ue* nulla scripture autoritate (nullum enim sacræ scripture locum dabitis, ubi poenaru*m* pro peccatis preteritis, & præsus dimissis debitariu*m* iudicium in Papæ arbitriu*m* referri possit) imo & contra charitatis rationem, cum hæc potestas toti Ecclesiæ, & omnibus simul christianis sit a deo collata, ut supra primo titulo de sacramentis docuimus. Quare uos cōdemnatores, qui nō estis fortassis in charitate, sed filii tenebrarum, charitatis exercituum alijs præluditis? Deinde iuuaret audire, qua authoritat hæc statuerint disimilitudinem potestatis, ut hic reseruaret casus, quod isti non liaret, cum contrarium sanctus Ciprianus ue-

Proue. 2.

1. Ioh 4. 3.

Cipriano

lit obseruari, qui scribens confratri suo Cornelio Papæ epistola .3. Vult ut unusquisq; pœnitentia in sua dioœsi, qui sic ait: Nam cū statutum sit omnibus nobis, & equū sit pariter ac iustū, ut uniuscuiusq; cauſa illic audiatur ubi eſt crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis ſit aſcripta, quam regat unusquisq; & gubernet, rationem ſui actus domino redditurus, oportet utiq; eos, quibus preſumus, non circumcurſare, nec epifco- porum concordiam cohærentem, ſua ſubdola & fallaci temeritate collidere. Sed agere illic cauſam ſuam, ubi & accusatores habere, & teſtes ſui criminis poſſint, Loqui tur enim hic de his, qui in Afriſia peccauerant, & ad Romanum Pontificem coocurrebant. Ex quo patet uſus

Act. 20. primitiæ Eccleſiæ de ligandis & ſoluendis peccatori- bus. Neq; quicquā ſcriptura tribuit epifcopis, quod ip- ſum ſacerdotibus non detulerit, cum idem ſit epifcopus et presbyter, nam Apoſtolum, ut Lucas ait. 2. cap. miſſis Ephesum nūcijs, acerſuit presbyteros Eccleſiæ, qui et
Titum. 1. Tito preapit, ut oppidatim epifcopos conſtituat, quos
1. Tim. 3. nunc epifcopos, nunc presbyteros uocat. Nullos alios,
Philip. 1. ut patet. 1. ad Timotheum. 3. & ad Philippenses. 1. no- ſens in Eccleſia dei miniſtrōs, quām epifcopos ſeu pre- bbyteros, & diaconos, ubi inſinuat omnes in domo dei clericos, aut epifcoporum aut diaconorum functiones peragere. Confirmatur hoc etiam per Hieronymum, quod omnes prebbyteri ſunt epifcoli, ceteri autem dia-

coni, quare & parochi sunt episcopi, & si qui alijs sunt presbyteri, illi ueri sunt episcopi, reliqui uero ministri, sunt diaconi. Quemadmodum uestus lex, pontifices habuit Aaronem, eiusq; filios leuitas, & ministros ceteros. Itaq; cum omnis (Paulo afferente) presbyter sit episcopus, & delinquentes omnes, iuxta Cipriani præceptum in delicti loco, eiusq; preside absolui debent, consequitur nullum sacris initiatum, alium in absolutionis prærogativa præcellere. Paulus & quales habere uoluit 1. Cor. 4.
 sacerdotes cum dicit: Sic nos & stimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei: quippe cui non erat obscurum, non defuturos, qui plus aliquid de Paulo sentirent, quod non haberet cum alijs commune. Dicit ergo omnes habendos ut ministros & dispensatores ex aequo, non ut nouarum rerum conditores, quare alio loco uertuit suis, ne in clero dominarentur. An non dominantur in clero, qui suam administrationem altius efferunt, aliorum humili deprimunt, idq; mero spiritu tyrranico & ambitionis? Deinde Paulus, qui uerū egit (si quis alijs) pontificem, confitetur, Corinthiis se non dominari in fidei nomine, sed adiutorem solum esse gaudij, q; fide starent. Qui & alibi: Non nos ipsos prædicamus (inquit) sed Christum Iesum, nos autem seruos uestrtos propter Iesum. Ecce se serui nomine (quæ tanti uiri est humilitas) dignatur, à cuius exemplo tantum distant nostri personati Episcopi, quantum ab oriente,

2. Cor. 4.

113 DE SATISFACTIONE.

occidens, qui dum suæ potestatis, & commissæ legationis pomeria latius extendunt, sese prædicant, nō ut Paulus Christum dominum, & hunc crucifixum.

DE SATISFACTIONE.

Peccata deus, & semp, & gratis remittit, atq; cōdonat, nihil a nobis inuicē requirēs, q̄ ut in posterū bene uiuamus.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc propositio est a sententia sanctorum doctorum aliena, fideles uana & stulta cōfidentia, a debita satisfactione pro peccatis, retrahens & hæretica.

Confutatio condemnationis.

Psalm. 55. Dicit Propheta: Pro nihilo saluos facies illos. Gratis iustificamur secundum Paulum. Bonorum nostrorum non eget dominus, David teste. Augustinus in capite satisfactionis: Satisfactione, inquit, pœnitentiae, est peccatorum cauſas exadere, & de cetero eis aditū non indulgere. Hæc una est satisfactione, quam & Christus exegit ut scilicet amplius non peccemus, diæns adulteræ: Vade, & amplius noli peccare, crucem carnis mortificande ei imponens. Qui ergo amplius non peccat, exadit cauſas peccatorum, crucem post Christum baiulans, propriæq; membra mortificans, & proinde satisfact. Quid hic possunt indulgentiae? quid oblationes? quid pecuniae?

Roma. 3. Psalm. 15. Augustin

Iohann. 2.

quid alia aucupia pecuniaria in Ecclesia frequentata?
 Si non possunt caussas peccatorum exadere, si non pos-
 sunt carnem mortificare, si non possunt augmentū gra-
 tie dare? Nisi, inquit dominus, conuersi fueritis & effi-
 ciāmini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlo-
 rum. Num indulgentiae Papisticæ, num pecuniola pos-
 sunt hominum corda naturaliter elata inflexttere? Di-
 uus Hieronymus Matth. 16. de hac memorat satisfacti-
 one. Qui deponit ueterem hominem cum actibus suis,
 denegat semetipsum, dicens: Viuo iam non ego, uiuit ue-
 ro in me Christus, tollitq; crucem suam, & mundo cru-
 afigitur. Qui autem mundo crucifixus est, hic sequitur
 dominum crucifixum. Hæc, inquam, est satisfactio Euā-
 gelica, ex poliatio ueteris hominis, & mortificatio mem-
 brorum quæ sunt super terram. Quām passim iniunxit
 Saluator: Vade amplius noli peccare. Ille non peccat am-
 plius & non efficiatur reprobis, qui corpus suum redi-
 git quantum potest in seruitutem. Iudicet his lector, an
 nō mendacijs impudentissimis, mendaçes, Apostoli hāc
 propositionem mendaciter assertam, & doctorum sen-
 tentijs aduersam mentiantur. Interea autem fateor longe
 aliam esse rationem de criminum poenitentia & satis-
 factione, de qua Ecclesia quando lesionem accepit &
 offensa est, publicat suum iudicium interponit, indicans
 satisfactionem publicam & grauiorem, ut innofexat ome-
 nibus uere paenitere, qui prompto animo suscipiant

quicquid Ecclesia decreuerit. Aut si forte pertinaces reperiti fuerint, adhuc tamē criminibus alia deberetur pœnitentia, idq; ne mali si impune queuis auferant, grauius & atrocius ledant. Et mitius nobiscum agens ecclesia admittit ut sacerdoti ea confitamur, quæ alioqui toti ecclesiae forent detegenda, ubi Iesu est ecclesia. Item in primitiva ecclesia absolutio posterior erat satisfactione, ut indicat historia tripartita, de quo latius supra. Idq; ideo, ut opere cœssante, magis in fide & nouitate uitæ exorarentur. At nunc peruersi peccantes absoluuntur ante satisfactionem impletam, quo fit, ut magis solliciti sint de implenda satisfactione quæ durat, quam de contritione, quam transisse inter confitendum credunt. Est itaq; optima poenitentia noua uita. Sicuti ait Augustinus in Enchiridion, cap. 71. Delet hæc oratio minima, & quotidiana peccata, delet & illa à quibus uita fidelium scelerate gesta, sed poenitendo in melius commutata descendit. Ad quam poenitentiam apostolicum illud or-

Coll. 3. ganum nos creberrime hortatur, Mortificate, inquiens,
 Roma. 8. membra uestra, quæ sunt super terram. Et spiritu facta
 Ephes. 4. carnis mortificate. Renouamini in nouitate sensus uestris.
 Galat. 4. Curam carnis non faciat in desyderijs, Crucifigentes
 Rom. 13. carnem cum uitijs & concupiscentijs. Que omnia co-
 tendunt assidue fore poenitendum, quia peccatum somnis
 assidue mouetur, & noua desyderia profert, ceu spi-
 Galat. 5. nas et tribulos terra maledicta. Nā caro semper cōcupi-

Sat aduersus spiritū, & spiritus item aduersus carnem.
Propositio secunda.

Sententia est Apostoli, poenam, & cul-
pam simul finiri.

Condemnatio Parisiensium.

Hæc propositio est in Paulum contus-
meliosa, & falsa, ac impia, & in spiritū
sanctum blasphema.

Confutatio condemnationis.

Quod hæc sententia non est in Paulum contumeli-
osa, Hieronymus mihi fidem facit, ad Rusticum in hæc
uerba, dicens: Conuertimini & redite ab iniquitatibus
uestris domus Israel, & non erunt uobis in tormentum
impietates, proijate iniquitates uestras, quibus impie-
egistis aduersus me, & facite uobis cor nouum. Et qua-
re moriemini domus Israel? Nolo enim mortem peccati-
toris, nisi ut conuertatur à via sua mala. Et uidetur una
sententia Ezechieli, ca. 13. Cum conuersi fuerimus ab
iniquitatibus uestris. Et Hieronymus: Non erunt nobis
in tormentum impietates, quomodo ergo finita culpa
non finietur poena? Id quoq; esse uerū, patet exempla-
riter apud Lucam, de filio prodigo, qui post abscoenissi-
mam uitam, nihil poenarum pertulit. Vester quoq; Ger-
son, hanc eandem affirmat Lutheri propositionem, sen-
tiens, q; in iustificatione impij naturiliter prius gratia in-
funditur, quam culpa dimittatur, & q; prius reatus dis-

Hicrony.

Ezec. 18.

Hicrony.

Luce. 5.

Gerson

mittitur, quām culpa dimittatur. Ratio primi, quia non tollitur priuatio, nisi constitutione habitus. Secundi ratio quia lex non mulctat, nisi praeuaricationem, praeuaricatione igitur cessante, effabit et mulcta. Post ergo culpan dimissam, nullis restat reatus. Reatus enim culpā seu praeuaricationem habet pro causa totali. Itaq; poena cum suo peccato remisso remittitur, neq; ullus prorsus a peccato immunis obligatur ad poenam. At quod purgatio indicatur, est propter gratiam imperfectam, cum quae uenialia quedam remanent. Et sicut illa non ad mortem sunt, sic illorum poena sola temporalis est. De mortificatione operum carnis, quam iugiter tenemur in corpore nostro ferre, quid diendum sit, satis est declaratū, nam de ea poena non loquitur hoc axioma, sed pretendit eam poenam, quam decretales papisticæ reseruāt ut inde nundinentur indulgentijs et alijs operum remissionibus, quæ sunt mere imposture papisticæ. Operabilius est enim per crucem, per afflictiones, per mortem deniq; carnis nostræ sequi crucifixum dominum, compati et comunicare Christi passionibus, et cū Christo mortuo tandem in gloria resurgere, quām delicate hic in carne uiuere cum noxia et sua foria remissione operum precipitanter delabi in inferna.

Propositio tertia et quarta.

De industria damnat Propheta sententiam probantium satisfactionē dicens,

Quoniam si uoluisses sacrificium des
dissem, holocaustis non delectaberis.
Irridet Propheta Micheas eos, qui per
opera satisfacere uolunt.

Condamnatio Parrisiensium.

Prima harum propositionū, est in Pro-
phetam, Secunda in Micheam contu-
meliosa, & omnes falsæ, impiæ, & in-
spiritum sanctum blasphemæ.

Confutatio condemnationis.

Bene habet cauſſa Lutheri, & hic serio triumphat,
q̄ cum Propheta & Michea ueritatis p̄econibus in-
dignis accipiatur modis. Obsecro uos Parrisianos, si di-
gnam de uobis haberi uultis estimationem, docete contu-
meliam Prophetis illatam. Quid fauilius, quam quorum
cunq; tum dicta, tum facta naſo ſuſpendere, & fortiter
alumniari? Verbi diuini profefſores, niſi uerbum dei
adferat prophanatores iure optimo anſendi ſunt. Vos
p̄e posterum quendam Silenū ex primis, dum foris
ſpeaſi, & magnifica quædam polliētentes, intus tamen
& ridiculam personam exhibetis, & ignobili uulgo
personati, male imponitis. Paruuli panem petimus &
non eſt qui porrigat. Egeni & pauperes (Eſaias ait)
quærunt aquas, & non ſunt, lingua corum ſiti exaruit
Sed additur: Ego dñs exaudiam eos, deus Israel non de-
relinquā eos. Cisternas ſibi effoderunt ſententiarij, imo

Tren. 4.
Eſaias 41.

Aristotelia theologastri, non ualentes continere aquas, quo fit, ut cum uerbum dei approximat cū Adamo & Heua propriæ nuditatis, non nescij latebras arcum spicant, & in lucem prodire detrectent. Nam faciunt & assumunt sibi perizomata ex ficalneis frondibus, hoc est, humanam, gentilidian, nugatoriam sapientiam, quibus uerenda promptuli contegunt. Sed eò nunc uentum est dei auspicijs, ut quantumcunq; torui respectent, uel cœlum minis territent, nihil agant, nisi uerbi dei presidium adferant. Non hoc uos doat pietas christiana, ut proximum temere adeo contumelia afficiatis, Quin & concordiam cū aduersarijs scripturas adducentibus preceptum habemus in Euangeliō: Esto conseniens aduersario tuo, ne forte tradat te iudicā, & iudex tortori, nec exhibis donec reddideris nouissimum quadrantem. Scriptura uobis ubiq; est inimica & aduersa, cum qua, non consenitis, neq; dexteras coniungere contenditis.

Propositio quinta.

Virtute clavium iactant quidam solui poenas, per diuinam iusticiam requisitas, quod nō credo uerū, nec probatur.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc proprisitio qua negat uirtute, clavium poenas per diuinam iustitiam requisitas solui, est falsa, scandalosa, pos-

testati claviū derogatiua, et in hoc q̄ dicit, q̄ nō credo uerū, nec p̄babitur, est animi temerarī idicatiua & arrogātis.

Confutatio condemnationis.

Quem deus misit, uerba dei loquitur, Est omnis ho- Psal. 115.
mo mendax, solus deus uerax, quoniam ergo Parrisiani
ex proprijs loquuntur, mendacium loquuntur, & non
uidentur à domino mīssi. Proinde nec ueri ut notat Au Augustin
gustinus Psal. 108. in principio, Et Iob . Vos fabricato= Iob. 13.
res mendacij & culores peruersorum dogmatum, uti-
nam tāretis ut putaremini esse sapientes. Iob beatus
sic uidetur de uobis expostulare. Nunquid deus indiget
uestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos ? Nunquid
fādem eius accipitis, & pro deo iudicare nitimini ? Aut
placebit ei quem cōlare nihil potest, aut deāpictur ut ho-
mo fraudulentij uestris ? Ipse uos arguet, nō uobis aut
clauibus deus omne dedit iudicium, sed filio, ut omnes Iohan. 5.
honorificant filium. Ipse est qui constitutus est à deo iu-
dex uiuorum & mortuorum. Quām stultum est, p̄uenas
quæ ex iustitia diuinæ nos manent claves tollere posse,
quasi ipse omne iudicium & se totum in claves transfu-
disset. Sed impletum uidetur illud beati Iob: Habundat Iob. 12.
tabernacula pr̄donum, & audacter prouocant deum,
cum ipse omnia dederit in manus eorum. Quod an in
huius saeculi theologos competat & genuimum infigat
non audeo iudicare, Hoc dico: Verbum domini clavis est,

que claudit, & nemo aperit, aperit, & nemo claudit,
Esaïe 22 *quam promissam habemus apud Esaiam: Et dabo clavē*
Hebr.e.1. *domus Iacob sup humerū eius, & aperiet & non erit*
qui claudet. Et Hebr.e.1. Portans omnia uerbo uirtutis
sue, purgationem peccatorum faciens. Apostolus hoc lo-
co est falsus, scandalosus, potestati claviū impie deroga-
tius, qd dicit deum purgationem peccatorum facere, sue
uirtutis uerbo. Si probari potest uerum quod Lutherus
hic possibilē negat, cur nō probatis anteq; cōdemnetis?
Vos iaculū temeritatis & arrogantiæ in Lutherum tor-
quetis, quod nō iniuria in uos fuerit retrorquendū, quan-
do sine uerbo cuncta cōuelliſtis & dilaniare cōtenditis,
Ego referto uos ad ultimam propositionem huius tituli.

Propositio sexta. M. L.

Commentum & futile cauillum est di-
cere quod dicunt quidam, quia sacerdos
ignorat mensuram contritionis absolu-
uendi, Ideoq; forte non impunit tantā
satisfactionem, quantā diuinā iusticia
requirit, quod proptera necesse sit di-
uinæ iustitiæ satissieri, uel proprio ope-
re, uel indulgentijs.

Condemnatio Parisiensium.

Hæc propositio est falsa, ritui Ecclesiæ
& eius doctrinæ aduersa, & pœnitenti

alibus satisfactionibus eruatia.

Confutatio condemnationis.

Imperito homine nihil quicquam iniustius est (quod ait Comicus) qui nisi quod ipse faciat, nihil rectum putat. Prudens uero peritissimus Paulus: Non audeo inquit, aliquid loqui, quod per me non efficiat Christus. Et apud Esaiam: Populus iste labijs & ore suo glorificat me, cor autem eius, longe est a me, & timuerunt me, mandato hominum & doctrinis. Quoniam ergo assertio Lutheriana nullis refellitur scripturis, nihil apud nos momenti habet ipsa condemnatio. Solus siquidem Christus est audiendus, nec doctoribus, nec sanctae ecclesiae ritui quicquam est deferendum, si non consentiat cu[m] dei uerbo, quod habemus archetypo, a quo cuiusque Christiane iudicium petendum uenit. Quem in modum Ciprianus li. 2. epistolarum, epistola 3. dicit: Non est frater charissime, q[uod] aliquis estimet sequendarum esse quorundam consuetudinem: Quæredum enim est, ipsi quem sint secuti, Et quod Christus debeat solus audiri, Pater de celo contestatur dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene sensi, ipsum audite. Sic taxat dominus phariseorum nimis sedulam humanarum traditionem obseruationem. In uanum me colunt doctrinis et preceptis hominum. Et addit: Bene irritum festis præcepit uerbum dei, ut traditionem uestram seruitis. Quo fit, ut tragica uestra uerba non plus nos permoueant, quam

Comicus.

Esai. 29.

Matt. 15.

Cipria.

Matt. 3.

C. 17.

Mat. 17.

ex pectui redditum fulgur. Doce nos uerba domini, & audiemus, gratiam habituri, quin & relaturi prædicatio nibus uestris, id quod uestræ professionis, & christiane charitatis maxie interest, pptere ergo hoc humanū et futile est cauillū, quod sine uerbo, sine ratione afferitur.

Propositio septima.

Pœna, qua deus uult peccatū punire, non potest auferri per hominem uel Papam.

Condemnatio Parisiensium.

Hec propositio est authoritatī ecclesiæ a Christo concessæ, impie, & schismati cōtraueniens, & sapiens hæresim.

Confutatio condemnationis.

Hec propositio nō omnino disidet à superiori qua propositione huius tituli, & non repugnat manifeste

i. Reg. 16

literis sacris. Nam in libro Regum uidere licet, Samuel non potuisse auferre Sauli pœnam à domino impo sitam, cum dicit dominus: Vsquequo tu luges Saul, cum ego proicerim eum? Item alio loco testatur scriptura:

Hicrony. Nathan non potuisse deprecari pœnam, quæ Dauidi im penderet. Acedit & Hieronymi calculus, sup uerba:

Tu es Petrus, Vbi dicit: Multi hic Episcopi & faer dotes non intelligentes istum locum, aliquid sibi de phariseorum assumunt superalio, ut uel damnent in noantes, uel sollicere noxios arbitrentur. Cum autem

apud

apud deum non sententia saeculorum, sed reorum uita
queratur, prout in ueteri lege, de leprosis scribitur.

Danielis. 4. Idem Hieronymus sic scriptum reliquit. Hiero.

Daniel praesaus futurorum de sententia dei dubitat,
rem temerariam faciunt, qui audacter peccatoribus in=
dulgentiam pollicentur. Auditis hoc temerarij iudicess

Cyprianus lib. de lapsis. Nec remittere aut donare in=
dulgentia sua seruus potest, quod in dominum delicto

gravio commissum est, ne adhuc lapso et hoc accedat
ad crimen, si nesciat esse predictum. Maledictus qui po

Hicre. 17 nit spem in homine. Quam solide hic Cyprianus argu-

mentatur pro Lutherio. Sapiens a Lutheri sententia no

dissidet cum ait, De propriae peccato, noli esse sine me
tu, An ille contra dicit sacris literis, et sanctis doctri-

bus, qui tot scripturas suos habet patronos? Pixis illa,

pandore (quod fabulantur poete) in speie quidem lon-

ge pulcherrima, hoc est, theologia uestra scholastica, car-

neis quorūcūq; oculis arussatam philosophico fuso sub

ijacens faciem, et suam quasi uenditans frontem, unde

heresios gustum excepitis, misere minus uobis illudit,

Scd noua stupideitate fit, ut cum Epimetheo nec post ac-
ceptum toties malum, quod occedit per zelotipiam in

hanc theologiam non aduertitis, nihil felius tandem
sapiatis, cum et stultus accepto malo sapere preda-
tur vulgo. Quod si haec propositio heresim sapit quod
diatis, gustum uestrum insipidum, sapidum reddite quo

Cypria.

Eccl's. 5.

130 DE SACRAMENTIS IN GENERE.

& nos errorem intelligamus. Hæretia enim esse nolumus, errare possumus.

Huic materiæ annexatur vna ppositio de Sacramentis in genere.

Hæretica sententia est qua sacramenta nouæ legis gratiā iustificantē dare dicuntur illis qui nō ponūt obicem, cū sit impossibile sacramentū cōferri, nisi iā creditibus & dignis,

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc propositio est falsa, temeraria & præsumptuose asserta.

Confutatio condemnationis.

Quod sacramenta nouæ legis non conferant gratiam iustificantem, nisi fidelibus iam & dignis per fidem clare pronuntiat Apostolus, Qui manducat & babit inde digne, iudicium sibi manducat & babit. Infidelis non potest digne manducare, conclude lector. Subsumptum

Pro. 11. pbat Augustinus in Iohānē tracta. Quid est hoc, inquit, Baptisma habeo, charitatem nō habeo, aliud quod sacramentū habeo, charitatem nō habeo, Et infra, Si characterem imperatoris tui habeas, securus militas. Si extra

Augusti. habeas, non solum tibi ad militiam non prodest character ille, sed pro desertore punieris. Et subnectit, Si diabolus habeo sacramentum, uerum diabolus, sacramentū diabolus

nū est, habes baptismā, ego cōfiteor. Sed qđ dicit Apoſt̄o Auguſti.
Ius. Si ſac̄ro oīa ſacramēta, & habuero om̄ē pphetiā, 1. Cor. 13.
& om̄ē fidē, charitatē aut̄ nō habeā, nihil ſum. Falsus
& temerarius & pr̄eſumptuosus cōuinatur Auguſti. Si
uerū eſt ueſtrū iudicū, qđ mihi nō fit uerisimile.

DE ACCEDENTIBVS AD EVCHA-
rīſtam. Propoſitio prima.

Magnus & pn̄ciosus error eſt, ſi quis
accedat ad ſacramētū eucharistiæ, ea
nīxus fiducia, qđ cōfessus eſt, qđ nō ſibi
cōſcius mortalis pctī, qđ oratiōes, & p̄
paratoria ſua pr̄emiferit, oēs hīj iudici
um ſibi māducant & bibūt.

Condemnatio Parrifienſium.

Hæc ppropositio eſt impia, a debita ſacra
menti fuſcipiēdi, pr̄eparatiōe maxime
retractiua, ad desperationem inducēs,
& doctrinæ Pauli cōtraria, nec fideles
ea nīxi fiducia, fecludunt diuīnam miſ
ſericordiam.

Confutatio condemnationis.

Eſt ergo hæc multis modis taxanda. Qui confidit Pro. 28.
in corde ſuo, ſtultus eſt. Et illa Hieremie. Maledictus Hicre. 17
qui ponit ſp̄cm ſuam in homine. Et Papa noster Moder Adrianus
papa. 6.

nus non nihil suffragij Luthero adfert titulo, de sacramēto diāns. Non sine magna timoritate, & damnabili clātione animi, quis innititur p̄ prijs meritis, aut præparatiōni per confessionem oris & cordis compunctiōne, aut alia tanq̄ ex eis dignus sit uenerabile sacramentum eu charistie sumere. Sunt enim merita nostra & præparatiō ueluti baculus arundineus, cui dum quis innexus fuit, confringitur, & pforat manum innitemis, & tanq̄ pannus menstruatiōe omnes iustitię nostrę. Verū hęc etiā nihil sape uestro p̄ latu sufficior, q̄ consultis uestris Hiero. repugnent. Quare iuxta consiliū Hieronymi in Esdrā. Satius esset si fastidiosis abum nō ingereremus, & eorū uitaremus superalium, qui iudicare tantum de alijs, ipsi nihil præclare nouerunt facere.

Propositio Secunda.

Probatio qua homo pctā sua discutit atq̄ p̄ dederat, nō p̄ tinet, nisi ad insensatos & crassos sacramēti cōtemptores.

Condemnatio Parrisiensium.

Hęc p̄positio est temerarie & arroganter asserta, impia, & scandalofa.

Confutatio condemnationis.

Supcrius ubi de contritione & confessione egimus, Augusti. hanc propositionem scriptis exposuimus per Augusti Psal. 50. num, Psal. 7. ibi. Et spiritum sanctum tuum, ne auferas

ā me. Et per Hieronymum, Prover. 16. Vere p̄tinet ad Hiero.
 insensatos, & crassos, sacramenti contemptores, proba-
 tio illa, quae est ex se tantum, & non ex fide, sine qua ni-
 hil deo placere potest. Sed hodie tantum huiusmodi por-
 tentis doctorum, fas est pro sua libidine quiduis aut dā-
 nare, aut probare. Insensati sunt & crassi, Iudeis si-
 millimi, qui magis sua crassa & extorta probatione fe-
 runtur ad sacramentum eucharistiae sumendum, quam
 fidei in Christum ardore & exercitio. Quos pulchre Iu-
 deis comparans Chrysost. in op̄e imperf. Chryso.
 quit sp̄es salutis apud Iudeos in operibus erat, non in fi-
 de, sicut dicit Apostolus de illis, & de gentibus, Quoniam
 am gentes, quae non sectabuntur iustitiam, in legis iusti-
 tiam peruererunt, quia nō ex operibus, sed ex fide. Cō-
 tra Israēl sectando iustitiam, in legē iustitiae non perue-
 nit, quia non ex fide, sed ex operibus. Prima autem iu-
 stitia est, cognoscere deum patrem & Christum eius, no-
 uissima autem est facere bona. Sicut & deus cum dixi-
 set quibusdam Iudeis, op̄amini abum qui nō perit, sed
 qui p̄manet, interrogatis eis, quid facimus, ut opere
 mur opus dei, respondebit, Hoc ē opus dei, ut credatis in
 eum, quē misit ille. Illi autem Iudei (ut nostri. M.) opus
 dei negligentes, semp ad diabolū transibant, & de ope-
 ribus iustitiae requirebāt. Propterea dei agnitionē p̄dide-
 runt, & op̄a iustitiae nunq̄ impleuerūt, quia uirtus faci-
 endae iustitiae, agnitus dei est. H. ec ille.

Roma. 9.

Iohann. 6.

134 DE CERTITUDINE CHARITATIS.

habite. *Propositio prima.*

Pessime docēt theologi, quādo dicunt
nos nescire, quādo simus in charitate.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc ppositio intelligendo nos nescire
certitudine fidei, de qua loquitur, scribēs,
est falsa, sacris doctoribus dissonans & sa-
næ intelligentiae scripturæ.

Confutatio condemnationis.

Plane infideles sunt Parrisienses theologi & ani-
males, non percipientes ea quæ sunt spiritus, nam quod
Roma. s. Paulus dicit, Ipse spiritus, testimonium reddit spiritui no-
stro quod sumus filii dei. Proinde non mirum uideatur
si tam pueriliter subinde delirent & ineptiant in ucri-
tatis stimulum calorem impingentes qui spiritum non ha-
bent recta sibi suggesterentem. Novum profecto & pre-
posterum Parrisiianorum studium qui de spiritus sancti
testimonio diffisi & nescij, uolunt nobis sua somnia pro-
oraculis obtrudere. Futile est, uanum est, fictium est,
quicquid dictatore spiritu non edatur. Valeant hi uani-
mendaces & infideles condemnatores. Hoc multo in-
fideliores q[uod] nobis persuasum haberi uelint, apud se om-
nem archanarum rerum cognitionem quasi sepultam la-
tere, cum quā longissime absint, tum ab ipsis foribus per
quas in diuinæ scripturæ adita patet ingressus, nempe

DE CERTITUDINE CHARITATIS. 139

à fide. Credidi, inquit, propter quod & locutus sum. Psal. 115.
 Nos credimus propter quod & loquimur. Nisi credi-
 deritis non intelligetis. Apostolus aliam de spiritu sancto 2. Cor. 4.
 fidem habuit, & doct Corinthios, quem accepit spiritum, quæq; contulerit dona ille spiritus. Nos, inquit, non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quæ a deo donata sunt nobis. Sic in alio loco ubi res urigebat iactantius dicebat, Puto au- 1. Cor. 2.
 tem q; & ego spiritum dei habeam. Quod etiam fide in- 1. Cor. 7.
 telligere possumus, Christum in nobis esse. Auguſt. in li Augusti.
 bro de cognitione ueræ uitæ in hec uerba aperit. Quia
 uis deus in omnibus creaturis essentiāliter manere cre-
 datur, proprie tamen deus in cœlis uel in iustis habitare
 prædicatur, quia ipsi per inhabitacionem eius sentiunt,
 & dum in omnibus rebus adesse conspiciunt, quæ sibi mi-
 nime adesse cognoscunt, qui terrena diligunt. Ut forte
 hi ter miseri Parrisienses, qui carnales cum sint non nisi
 crassis oculis, spiritum domini contūdum opinantur.
 Et item Auguſt. epistola ad Paulinum. 112. declarat, quo Auguſt.
 pacto fidem quispian uidere poterit in anima propria.
 An ne saluatori quidem creditis? Vos autem, inquit, co- Iohā. 14.
 gnoscetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit.
 An non Paulo? Ne scatis, q; templum dei estis & spiritus 1. Cor. 5.
 dei habitat in uobis? Et prophetæ quoties de securita-
 te gloriantur? Ut apud Oseam: Dormire faciam eos si- Oſe. e. 2.
 duāliter. Et Hieremias: In diebus illis saluabitur Iuda Hier. 23

136 DE CERTITUDINE CHARITATIS.

¶ Israël habitabit confidenter. Quid aliud significant
uoës, fiducia aliter, confidenter nisi securitatem. Quam

Esa.32. non obscure expressit Esaias, Et erit opus iustitiae pax
¶ cultus iustitiae silentium, & securitas usq; in semp-
ternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pa-
as, & in tabernaculis fiduciae, & in requie opulëta. Ne
cessa est igitur certos nos esse de gratia dei de bneuo-

Hiere. 9. lentia dei erga nos, apud Hieremiam dominus, inquit,
In hoc glorietur q; gloriatur sare & nosse me. Vult co-
gnoscere voluntatë suam deus & de ea gloriari. Credunt
ne Parrisianni in symbolo, remissionem peccatorum: cre-
dunt ne sententiæ sacerdotis, cum absoluuntur? Quod
si credunt, necesse est, agnoscent se esse in gratia. Quod
si non credunt, cur confidentur? Ergo inquiunt, Sophi-
stæ nihil est quod timeamus? Recte, si uact fide timor
impius est. Porro quæ cum fide coniunctus est is non

Iob. 9. est ignorantia. Sed cum Iob inquit, Verebar omnia ope-
ra mea. Sancti timent propter opera sua, fidunt autem
misericordiae dei. Timorem ad opera nostra, fidem ad
mesericordiam dei referre debemus. Sancti timoris fi-
des autor est, Qui metu fiducia bonitatis dei uacat is

Psal. 145. impius sit necesse est. Sed, Beneplacitum est domino su-
per timentes eum, & in eis qui sperant super misericor-
dia eius. Docite quæso cuius scripture sane intelligen-
tie, & quibus doctoribus sit dissona præsens proposi-
tio. Nisi uobis alia theologia, aliud euangelium, alias spis

ritus sanctus domi sit, quam omnibus uere Christianis,
 quam Paulo, quam ipsis Christo. Sed forte illud obdetis Eccle.ii.
 ecclesiastia. Ne sat homo utrum amore an odio dignus
 sit, sed omnia in futurum reseruantur. Verum haec auto
 ritas non effiat ignorare hominem, condonarit ne noxa
 am deus, an contra. Alioquin hoc etiam inde effacero igno
 rari, irascatur ne peccato deus, an contra. Sed hoc agit au
 toritas, non posse discerni inter pios & impios ab exter
 nis eventibus, quemadmodum humana ratio iudicat. Nam
 si de sua cuiusque conscientiae, Solomonem interpres, non
 video, quomodo ignoret peccator odium dei, cum nihil sit
 certius, quam offendit deum peccato. Denique ut donemus
 de iudicio conscientiae sanctorum illud accipi. Hoc tamen
 sicut sanctorum nondum esse securos, nisi quadratus creditur,
 id est, eius misericordiae fidunt. Iuxta illud Roma. Spe Rom.9.
 salui facti sumus. Et ut fide misericordiam norum, ita fide
 li timore se diuinae uoluntati iudicandos aut damnandos
 permittunt, ut dent gloriam deo, dientes: Fiat uoluntas Matth. 6.
 tua, sicut in celo & in terra. Sic itaque iustus etiam si ca
 dit, resurgit, & contra conscientiam in dei misericordia ni
 titur, sicut scriptum est: Quoniam rex sperat in domino, in Psal.20.
 misericordia altissimi non commouebitur.

Propositio Secunda.

Caveat ois Christianus ne unquam incer
 tus sit, an deo placeat opera sua, quoniam enim

133 DE CERTITUDINE CHARITATIS.
sic dubitat, peccat, & perdit opera sua cum
etia, frustraque laborat.

Condemnatio Parrisiensium.

Huiusmodi consilium loquendo de certitudine, ut supra, est temerarium, perniciosum, & sacrilegios eloquens difforme.

Confutatio condemnationis.

1. Co. 3. Iniuria ergo castigat A postolus, coniunctis in certitudinem fiduci Corinthiorum. An non cognosatis uosmet ipsos? Nesciatis quia Christus Iesus habitat in uobis, nisi forte reprobati estis? Ecce reprobatus est, qui nesciat Christum habitare in corde suo. Charitas enim dei diffunditur in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datur nobis. Et scrutator ipsius nos coarguit infirmitate fidei. Modicæ fidei, inquietus, quare dubitasti? Et Hieronimus, Tu in nobis es domine, et nomine sanctum tuum inuocatum est super nos. Cum deus est in nobis, nomine domini Hieronimus inuocamus, ne derelinquit quos occupauit. Sicut Paulus ait, quod spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus, hoc est, habitans in nobis, nos postulare facit, exponente Augustino. Sicut nec aliquis potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Qui ergo hanc fidem spiritus non habet, nec dominum habet. Quod si uera est uox tua temeraria condemnatio, fallit nos Paulus. Omne quod non est ex fide, peccationem est. Et sine fide impossibile est, placere deo. Ambrosius quoque nonni-
2. Cor. 2. Roma. 14. Mat. 9. C. 14. Hieronimus. 14. Ro. 3. Augusti. 14. Hcb. 11.

hil præsidij afferens Luthero libro de uocatione gentium. **Ambro.**
 um. i. Etiam, inquit, si in bonis moribus quis agat, male
 adhuc uiuit, si non in dei gloriam uiuit. Sed qui dubitat
 an opera sua deo placent, conuinatur non uiuere in
 gloriam dei, ergo peccare conuinatur. Adducite ergo
 sacra eloquia, quibus difforme clamatis Lutheranum,
 in apostolicum cōsilium, si stoliditatis notam euadere
 cupitis. Nunquam debemus esse inerti an deo placent
 opera nostra aritudine fidei, quam nobis ingerat spiritus ille diuinus. Nam qui non credit se deo in operibus
 placere, agit quod credit non bonum, & ergo peccat,
 aut si dubitet dumtaxat utiq; peccat. Est enim iuxta Ger^{son.}
 sonem, Regula, ut uocant, magistralis, Dubitans de ali:
 quo factio an sit licetum, & stante dubio illud agens, pec:
 cat. Impossibile quoācā dixerim hominem uirtuosam
 deoq; placitā posse duere uitā, nisi dei erga se benignus
 & fauorabilis sit sensus ac gustus. Sicut scriptū est: Sen^{Sapiē.} i.
 tit̄ de domino in bonitate.

DE PECCATIS.

Propositio Prima ac Secunda.

Iustus in omni bono ope peccat.
 Omne opus bonum optime factum, est
 peccatum ueniale.

Condemnatio Parisiensium.

Vtrāq; harum ppositionum est falsa,

piarum aurium offensiua ac bonorum
operum infamatiua.

Confutatio condemnationis.

Quoniā opa nostra semp defecatiora esse possunt, &
plus habere puritatis, q̄ habet si p̄ceptū charitatis im-
pleremus, cōsequitur illā qualēcūq; impuritatē peccatiū
& uitii esse, cui ueniā precantur etiā sanctissimi qq; in-

Mat. 6. carne agētes, in oratione dominica, & dimitte nobis debi-
ta nostra, quare mēd. aīter errāt hij. M. N. hanc precatio-

Augusti. nē, etiā cū ex intentissima charitate, ita precamur anni-
hilātes, si in omni opere bono nō peccamus. Augus. in epi-

stola. 54. ad Macdoniū testatur, debita que iustissimus
quisq; postulat remitti uere, & esse & dia peccati. Imō

Ioh. 1. inqt, q̄ diat se esse sine peccato, nō est in ueritate, & qui
diat se in opere optime factō sine peccato esse, ipse se seduat,

Augusti. & ueritas in eo nō est, ut etiā notat Augus sermo. 2. et
uerbosissime in lib. de p̄fectiōe iustitiae homis. Qui in li-

bro quoq; de natura & gratia audet dicere. Si oēs sancti
in unū cōgregati quererētur, si peccatiū haberēt. qd es-

Augusti. sent inqt, dicturi? Quia si dixerimus quia peccatiū &c.
Et idē de martyribus loquens. Cōtrritus, inquit, respe-
xit infirmitatem suam, & uidit non de se sibi esse pre-
sumendum, quantum enim ad ipsum hominem pertinet
mendax est, sed gratia dei uerax est factus. Non est qui
faiat bonum, nō est usq; ad unum, ait Psaltes. Et alibi,

Omnis homo mendax. Et in Genesi. Omne desiderium Psal. 115.
cogitationum cordis humani, vanum & prauum omni
tempore. Et repetita hæc eadem sententia in cap. 8. Sen= Gene. 6.
sus & cogitatio humani cordis prava à pueritia. Item
apud Esaiam. Omnes hypocrite sunt & nequa, & uni Esa. 9.
uersum os locutum est stultitiam. Et in codem. Ecce om= Esa. 41.
nes uani & uana opera eorum, uentus & mane consi=
lia eorum. Quibus luculentissimis prophetarum oracu= lis ostenditur, nos semper esse peccatores, semperque pec= care. Quod apertissime idem Propheta proloquitur Fa= Esa. 64.
Et sumus immundi omnes, & quasi pannus menstruatæ
uniuersæ iustitiae nostræ. Que uerba nostro conuiciat
proposito, nec ne Bernardus est in medium deducen= Bernar.
dus, qui de his disserens uerbis, sermone. 50. Nostræ, in
quit, si qua est humilis iustitia, recta forsitan, sed non pu=ra. Nisi forte meliores nos esse credimus, quā patres no=stros, qui non minus ueraiter, quā humiliter dixerunt.
Omnes iustitiae nostræ tanquam pānus menstruatæ mu= Esa. 64.
lieris. Quomodo enim pura iustitia, ubi adhuc non po= test culpa deesse? Recta tamen uideri potest iustitia ho= minum, si modo peccato non consentiat, ut non regnet
in corun mortali corpore. Nam primū hominis initio
quidem non modo recta, sed etiam pura fuit, quamdiu ei
datum est, nec sentire peccatum. Ceterū hæc ipsa, quoniam
pura non fuit, & puritatem facie perdidit, & ne ipsam
quidem retinuit rectitudinem suam. Non enim iustifica= Psal. 142.

842 DE PECCATO IN BONO OPERE.

bitur in conspectu tuo omnis uiuens, ait is qui dei iusti-
tiam minime ignorat. Hæc Bernardus. Audis o tortuo-
se Latome, hanc Bernardi expositionem? Est ergo hæc

Esa. 44. sanctorum patrum uox, Omnes iustitiae nostræ, ut pan-
Roma. 7. nus menstruatæ. Quemadmodum & ista Pauli est, Vi-
deo alienam legem in membris meis, repugnantem legi

mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati,
Hiero. que est in membris meis. Hoc ille, inquit, Hieronymus
in Epistola. 9. ad Saluinam pronuntiat, qui libere sub
persona sua fragilitatem humani corporis fatibatur. Nō
enim quod uolo bonum hoc operor, sed quod nolo ma-
lum. Et infra, Condelector legi dei secundum interio-
rem hominem, video autem aliam legem in membris meis

repugnantem legi mentis meæ, Vbi igitue fatetur Apo-
stolus se bene operari secundum spiritum, at male secundum
carnem, & ideo in uno eodemque opere & pecca-
re & bene operari. Atque huius rei pulchram reddit ra-

Cypria. tionem beatus martyr Cyprianus super oratione domini
a, Fieri, inquit, petimus uoluntatem dei in cœlo & in
terra, quod utrūq; ad consummationē nostræ uolunta-
tis pertinet & salutis. Nam cum corpus ē terra, spiritū pos-
sideamus ē cœlo, ipsi terra & cœlū sumus, & in utro-
que, id est, corpore & spiritu ut dei uoluntas fiat oramus.
Est enim inter carnem & spiritū colluctatio, & discon-
cordantibus aduersus se iniuciem quotidiana congresio, ut
nō que uolumus ipsa faciamus, dum spiritus coelestia &

diuina querit, caro secularia & terrena concupiscat,
& ideo petimus impense inter duo ista ope & auxilio
dei concordiam fieri, ut dum & spiritu & carne uolu-
tas dei geritur, quæ per cum renata est anima scruetur.

Quod aperte & manifeste Apostolus sua uox declarat, Caro, inquit, concupiscat, aduersus spiritum &c. Gala.5.

Quod ergo natum est ex spiritu, spiritus est. Vnde & Iohā.3.

sancți sumus, quatenus spiritu renati sumus. Ad quod
natum est ex carne, caro est. Et qui ē terra profectus est,
Iohanne teste, terrenus est, & terrena loquitur, sicq; ter- Idem.

reno, ueteri, & exteriori homini semper peccatum est,
quod secundum Paulum dicitur, lex membrorum. Quis

quis ergo spiritu ambulat, iustus & sanctus est, & non
peccat, quia ē cœlo profectus est. Verum qui adhuc tam

beatus nō est ut uel ad punctum nullis mouatur deside-
rijs (tentatio est enim uita hominis super terrā sine ullo
intersticio) in hac parte peccator est & carnalis, quippe

qui peccatum habet in carne, & cuius caro peccat. Nam si
cū sine carne non sumus, ita nec sine carne operamur,

ita nec sine uitijs carnis sumus, nec sine eis operamur,
cuius uno malo desiderio extincto, illico aliud pullulare

pulchre beatus doceat Cyprianus, in lib. de mortalitate. Cypria.

Item Augus. Psal. 142. Noli putare te aliquid opari, nisi
iniquum malus est. Nullus enim unquam opus bonū fe- Augusti.

cit, tanta charitate, quanta potuit & debuit. Quare qui-
libet iniustus remansit, iniustus autem nō potest in ope-

144 DE PECCATO IN BONO OPERE

re iniusto non peccare. Quod satis admodum idem docet in Epistola. 30. ad Hieronymum de eo, Si quis tota

Augusti. legem &c. ostendit & probat. Et ut inquiens generaliter breuiterque complectar, quā de uirtute habetā notionē, quod ad recte uiuendū attinet. Virtus est charitas, qua id quod diligendum est, diligitur, hæc in alijs maior, in alijs minor, in alijs nulla. Plenissima uero, quæ iam non possit augeri, quādiu hic homo uiuit, est in nemine, quādiu autem augeri potest, profecto illud quod minus est,

Eccle. 7. quam debet ex uitio est, Ex quo uitio, non est iustus in

Psal. 142. terra, qui faciat bonum, & non peccet. Ex quo uitio, Nō iustificabitur in conspectu eius omnis uiuens. Propter

Iohā. 1. quod uitium, si dixerimus, quia peccatum non habemus nosipso seducimus, & ueritas in nobis nō est. Propter quod etiam quantumlibet profecerimus. necessarium est nobis dicere, dimitte nobis debita nostra, Ecce charitatis defectus, qui cuncto quantumuis sanctissimi hominis operi, peccatum ab Augustino astipulantibus scripturis proclamatur, unde & in omni opere peccatur.

Et tamen dicuntur non peccare, etiam si inconsusuma sit eorum iustitia, ubi deus aut illa carnis desideria, aut minus charitatiuam actionem nō imputat ad peccatum,

Bernar. quia, ut ait Bernardus, sermone de Annunciatione. Ut quod peccatum quod factum est, non potest non fieri, ipso tamen deo non imputante, sic erit quasi non fuerit. Per speculum autem fit, idem hominis sancti opus & pecca-

tum

tum esse & optime factū, sed diuersis respectibus. Peccatum est, & malum secundum rigorem iudicij dei, quia illud opera sanctorum bona ferre non possunt, iuxta il lud: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non in Psal. 142. stfiabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Cum autem iudicium eius sit uerax & iustum, non damnat opera, que prorsus sunt inculpabilia, nulli enim facit iniuriā, sed sicut scriptum est, reddit unicuique iuxta facta sua, Roma. 2. at cum illi se non audet cōmittere, constat & consequitur opera bona, eo respectu esse semper peccaminosa, polluta, & immunda, & hoc propter partem nostram ut dixi, carnalem aduersam deo, & ob imperfectam charitatem. At eadem opera bona sunt candida & impolluta, respectu benignitatis misericordie diuine, quā super nos ex eius gratia & dono regnante sperātē, et illorum bonorum operum inquinamenta ipso deo te- gente non imputantur, sed misericorditer remittuntur. Quapropter ne hos duos respectus, iustitiae uidelicet & misericordiae diuine separemus, ipsi sancti patres cras sius hoc tradiderunt. Aug. super Iohannē: Quid meru. Augustin- imus? interroget iustitiam, inueniet p̄cnam, interroget misericordiam, inueniet gratiam. Idem nono confessio- num, cap. 13. Vae laudabili uite hominum, si remota mihi idem. Sericordia discutias eam. Quia uero nō exquiris delicta uchementer, fiducialiter speramus, aliquem apud te locum inueniri indulgentiā. Si laudabili uite hominū re-

mota misericordia imprecatur ut, quod notat in sacra scriptura eternam damnationem & gehennae supplicium, consequitur, quod secundum iustitiam diuinam, etiam optimum cuiusque opus sit damnationi obnoxium, nisi misericordia succurrerit solis miseris & peccatoriis necessaria.

Hicrony. Vnde beatus Hieronymus li. 2. contra Pelagianos: Ecce Iob, inquit, immaculatus & sine querela, & abstinentis ab omni malo, quali fine iustitiae coronatur, ut misericordia indigeat.

Idem. Idem libro. 1. Tunc iusti sumus, quando nos peccatores fatemur, & iustitia nostra non ex proprio, sed ex dei consistit misericordia, quare misericordia est & ignoscentis dei, non uolentis neque curarentis hominis. Gregorius in moralibus, psal. super Iob

Grego. 2. Non iustificabitur homo compositus deo, quia omne meritum uirtutis nostrae, uiaum esse consipiatur, si a iusto arbitrio districte iudicetur, ideo recte subiungit: si uoluerit contendere cum eo, non poterit unum respondere pro mille. Secundo ibidem super illud: Si repente interroget, quis respondebit ei: Quia, inquit, si remotus pietate discutitur in eo examine, etiam iustorum uita succumbit. Tertio ibidem: Si habucro quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicium deprehensor. Ut enim, inquit, sepe diximus, omnis humana iustitia, iniustitia esse conuinatur, si districte iudicetur, prae ergo post iustitiam indiget, ut qui succumbere discussa poterat, ex sola iudicis pietate conualeat. Quarto ibidem: Verbor

omnia opera mea , sāens quia non parās delinquenti.
Exe vir sanctus in operibus omnibus non malis , quae
non faciat sanctus , ut restatur de eo dominus in prin-
cipio libri , timet , & deliquerit se ac minus fasse , ibi
Gregorius dicit : Quae aperie egerim video , sed quid
intus latenter pertulerim ignoror . Quinto ibidem : Si
fulserint quasi mundissimae manus meae , tamen sordi-
bus intingens me , Quia quousq; pœna corruptionis
astringimur , quantumlibet rectis operibus , ueram
mundiciam nequaquam apprehendimus , sed imitamur .
Et infra : Quia per studia recte operationis exercear ,
in tua tamen notitia video , quia mundus non sum . Et in
fine moralium : Quis inter ista remanet salutis locus ,
quando & mala nostra , pura mala sunt , & bona
nostra que nos habere credimus , pura bona esse ne-
quaquam possunt . Patet itaque his irrefragabilibus
scripture & doctorum uerbis , opus bonum in iusto na-
tura sua esse immundum , carnale , ac peccaminosum ,
quod sola misericordia ignoscēt , purum , spirituale ac
meritorium efficiat . Verum Sophistarum aliquis hic ob-
grunniens scripturas fortassis erit obiecturus , quae indi-
cent nihil esse peccati in opere bono & liato , ut est il-
lud : Virgo nubens non peccat . Et apud Matthæum : Si ^{1 Cori. 7.}
oculus tuus fuerit simplex , totum corpus tuū luadū erit . Matt. 6.
& additur in Luca : Nullam habens partem tnebrarū , Luce. 12.
ergo nihil peccati . Item quoniam ex fide iustificatus est Roma 4.

Abraham. Oportet ergo eam, inquietum, fidem fuisse peccatum, & peccatum reputatum illi ad iustitiam, sic misericordia Aristotelis ant Sophistæ, scripturarum plane inscijs, quæ duplex definiunt peccatum, regnans aut dominans, & subiectum aut scruiens. De regnante autem, id est,

Roma. 6. mortali, loquitur Paulus ad Romanos: Ne igitur regnet peccatum in mortali uestro corpore, ut obediatis illi, sed licet peccato per cupiditates ciui corporis. Vbi Augustinus de his Apostoli uerbis: Non dixit, inquit, non sit, sed non regnet. Inest peccatum, cum delectaris, regnat, cum consentis. Et unde, inquit, mente scrulis legi dei, nisi quia dispiacet tibi uita tua? Vnde carne lege peccati, nisi quia non desunt suggestiones & delectationes malest.

Augustinus Vnde & idem doctor nominat hanc uitam, totam tentationem, libro confessionum. 9. capi. 32. & Hieronymus ad Rusticum qui lapsus fuit, epistola. 45. qui inter cetera non, inquit, habitat in carne nostra, bonum nec agimus quod uolumus, sed quod nolumus, ut aliud mens de syderet, aliud caro facere cogatur. Et paulo superius, Nullus quidem mundus à peccato, ne si unius quidem diei fuerit uita eius. Astra quoque ipsa non sunt munda in conspectu eius. Si in coelo peccatum, quanto magis in terra? Si delictum in his qui carent temptatione corpora, quanto magis in nobis, qui fragili carne circundatur, & cum Apostolo diamus: Misericordia homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? id est, de peccato

Hicrony. 1. libro confessionum. 9. capi. 32. & Hieronymus ad Rusticum qui lapsus fuit, epistola. 45. qui inter cetera non, inquit, habitat in carne nostra, bonum nec agimus quod uolumus, sed quod nolumus, ut aliud mens de syderet, aliud caro facere cogatur. Et paulo superius, Nullus quidem mundus à peccato, ne si unius quidem diei fuerit uita eius. Astra quoque ipsa non sunt munda in conspectu eius. Si in coelo peccatum, quanto magis in terra? Si delictum in his qui carent temptatione corpora, quanto magis in nobis, qui fragili carne circundatur, &

Roma. 7. & cum Apostolo diamus: Misericordia homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? id est, de peccato

di affectibus. An non aperite hic protestatur delictum nobis inesse ex carnis corruptela, sicut Augustinus ex charitate imperfecta, & Gregorius ex iustitia inconsueta. Augustin. ta: & hoc peccatum etiam sanctissimo nostro inest operi, sed non dominans peccatum. Talibus enim sanctitate conspicuus Paulus loquitur: Peccatum, inquietus, uobis Roma. 7. non dominetur. Et quotienscunq; scripturae & patres asserant, peccatum non inesse operi bono & diuino, loquuntur de hoc dominante peccato. De peccato autem Gene. 4. subiecto, id est, ueniali, de quo Genesis. 4. scribitur: Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, bono natura: liter inesse operi, sed gratia sanante tanquam non sit ignosca: satis superq; probatum reor. Itaq; sic Lutherus uult iustum in omni opere bono peccare, quemadmodum Iohannes Apostolus assertum qui natus est ex deo non peccare, cum tamen secundum eundem, si dixerimus quia peccatum non habemus, ueritas in nobis non est. Vnde ille qui natus est ex deo, non peccat, id est, exponente Bernardo, tantundem est ac si non peccet, pro eo quod non imputatur ei peccatum. Itidem Bernhar. de peccato operis boni quod ex misericordia dei non imputanti est tanquam non sit, quod tamen misericordiae ignoscencia postposita ex natura sua peccatum est. Qui capit, capiat.

Propositio tercia.

Quomodo omni tempore poenitemus

& resipisci mus uitium est.

Condemnatio Parrisiensium.

Hec propositio ut uicum dicit culpā, ad sensum scribentis est falsa, irrationabiliter, & ex errore scripture intellectu asserta,

Confutatio condemnationis.

- Lucæ. 13.** Ergo falso & irrationaliter est Saluator, qui iubet nos semper orare, & nunquam deficere. Et A postolus: Sine intermissione orate. Et apud Lucam: Si quis multu[m] uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crux suam quoddie, & sequatur me. At ille semper, ut inquit, orat, qui non cessat benefacere, ac mala desyderia uitare, non talis semper resipiscit? Orat itaq[ue], non qui labra concutit, sed qui quotidie corporis sui mortificatio Hierony. ne crux baiulat. Diuus Hieronymus, Matth. 10. Ne semel putemus ardore fidei posse sufficere, semper crux portanda est, ut semper Christum amare doxamur. Ita **2. Cor. 4.** A postolus portabat iugiter carnis mortificationē in corpore suo, quod qui facit omni tempore, semper orat, semper pœnitit. Ita Propheta: Benedic dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Et apud Lu. Putatis quia ipsi debitores fuerint pre omnibus Galileis, quia talia passi sunt? Non dico uobis, immo nisi resipueritis, omnes similiter peribitis. Ecce, an non omnibus resipiscientiam in diat? Et apud eundem: Oportebat

predicari sub nomine eius poenitentiam ac remissionem
peccatorum in omnes gentes. Nunquid igitur non Euange-
lica tuba, unam sonat poenitentiae annunciationem? Cer-
te Leonis clara stat sententia, qui totam uitam Christiana-
ni hominis, si sit secundum Euangeliū, cruentem & con-
tinuum martirium esse confirmat. Ceterum, isti qui in
croceis sunt enutriti, sed stercora uerius amplexi, crue-
tam reformat, terrentur poenitentiae uocabulo, crueles
Christi inimici, Christo indigni. Non aliter nunc Euangeliū
& crueles ferendae preconium theologis sapit,
atq; olim Iudeis, ipsa ueritatis tuba, quam ob hoc impa-
tientius ferebant, q; eorum operibus reclamaret. Sic
luxurioso uerbum castitatis offensio est. Sic sybarita so-
brietatis monitorem explodit. Sic male coit cum super-
bo Moabita, humilitatis preco. Sic Sathan obiurgat uer-
itatem. Quid mihi & tibi Iesu fili Domini? Hierony-
mus epistola 4.5. Quod si quidam iusti appellantur in Luce. s.
scripturis, & non solum iusti, sed etiam iusti in conspectu
dei, iuxta illam iustitiam appellantur iusti, puniendo se
licet se, secundum quod dictum est: Septies in die cadit Prose. 3.4
iustus. Si cadit, quomodo iustus? Si iustus, quomodo ca-
dit? Sed iusti uocabulum non amittit, qui semper per poe-
nitentiam resurget. Ergo quia semper peccamus, semper
poenitire & resipiscere debemus.

Proposito quarta. M. L.

Hoc est mortalium mortalissimum, non

credere se esse damnabili, & mortali
peccato obnoxium coram deo.

Condamnatio Parrisiensium.

Hec propositio est falsa, impia, despe-
rationis inductiua, & sapiens haeresim

Confutatio condemnationis.

Procedit Lutheri sententia: Si uirium mearum tan-
tum rationem habens uelim emetiri opera mea, tanq; à
me profecta, qui enim sibi sic persuaderet, mortiferis se
nullis peccatis illigatum, mortalis peccati culpam non
euaderet. Nam cum per fidem in Christum, spiritū do-
mini in anima mea aduertere queam, si tamen ad mea
ipsius opera respiciens non letalia censem, cū quibus iu-
dex in iudicium ingredcretur, profecto ad insaniam usq;
errarem. Quis enim sese iustificare potest? Quod illud
opus hominis? quod non adulterium & letiferum repe-
riatur, si iuste & amissione à diuina iustitia iudicetur?

Grego.

Vnde & Gregorius. 29. moralium: Væ laudabili uite
hominum, si remota pietate iudicatur, quia disiricta dis-
cussa, inde ante oculos iudias, unde se placere suspicat-
ur, obruitur. De quo latius supra. Fæsciat ergo stulta de-
se confidentia, exaltetur ardens in Christum confiden-
tia. Iob hoc preclare animaduertit, cuius ipsa præconi-
um canit scriptura, q; in nullis labijs peccaverit, uir sim-
plex, rectius, ac timens deum, cum de se suam aperit
confidentiam dicens: Si iustificare me uolucro, os meum

Iob. 1.

wundenabit me. Si innoātem ostendero, prauum me
comprobabo. Etiam si simplex fuero, hoc etiam ignorat
bit anima mea. Et infra: Verebar omnia opera mea, sa- Iob. 9.
ens quia nō paris delinquēti. Si autem sic impius sum,
quare frustra laboravi? Si lotus fuero quasi aquis niuis,
et fulserint uelut mundissime manus meae, tamen sor-
dibus intingens me, et ab hominabuntur me uestimenta
mea. Hæc confessio, hæc credulitas cuius iusto digna,
uobis Parisiensibus nō uidetur necessaria, quia fortasse
alia via eaq; compendiosiore, iusti, loti, et mundi reddi
poteritis, q; qua beatus propheta sc iustum, lotum, mun-
dum fore intelligeret, hoc est, per propriæ iniustitiae,
turpitudinis, miseriae q; confessionem. Hinc Psal. quia nō
esset insanus neminem delicta posse intelligere, et pro-
inde de se inætum dei iudicium auertit etiam iustus et Psal. 142.
poenitens: Ne intres, inquit, in iudicium cum seruo tuo,
quia et c. Sic Paulus cum testaretur suam innocentiam,
ne inde superbiret, aut ne se nullis peccatis obnoxium per
hoc insinuaret, dicit: Nihil mihi conscius sum, sed nō in
hoc iustificatus sum. Sapit hærcsim quicquid uestro cap-
tui non fuerit accommodum. 1. Cor. 4.

Propositio quinta.

Theologi docentes regula sua, uenientia
lia peccata esse distincta a mortalibus,
ad insaniam perditissime nituntur tra-
here hominum conscientias.

Condemnatio Parrisiensium.

Hec propositio est stulta & presumptuose asserta, sacris doctoribus iniuria. & in quantum pretendit, uenialia non distingui a mortalibus, est hæretica.

Confutatio condemnationis.

Claram est quodlibet peccatum, aut quodlibet opus hominis per fidem operantem, per dilectionem esse ueniale, non mortiferum. Contra omne opus sine fide operante per dilectionem, esse mortale, & letiferum. Prior pars assumpti dependet ex superioribus ubi diximus, iustum in omni opere bono peccare, quod peccatum ueniale appellamus, id est uenia dignum, quippe quod deus non imputat, qm̄ sine eo uiuere nō possumus, & tamen peccatum facit iustus, quia minus facit, quam debet, ob imperfectam charitatem, que nulli cōtingit in hoc mortali corpore. Posterior pars innuitur dicto Saluatoris: Iohann. 3. Qui de terra est, de terra loquitur, terrenus quicquid loquitur, terrenum est, & non potest infidelis anima arbor, fructus bonos proferre. Stulta ergo Theologastri in aliquibus sibi ueniam promittunt, secure ingredientes iudicium domini, & in alijs de uenient perditissime desperant, ne habita quidem fidei ratione. Fides enim ut nulla sinit opera esse mortalia, ita & infidelitas nihil nisi letiferum parere potest. Quare fides sola ut lapis lydius auri est index, cuius speciei, quodq; sit peccatum, ar-

guit. Cuius usus & experimentum quia aliquod annos
ignotum & suppressum extitit, emerserunt, & enati
sunt in sanctilia illa nugamēta Theologorū, quibus peccata
torū altitudinem, cōnɔrmitatem, & pondus conantur nū
nudim peruestigare, librare, & expendere, quo factum
est, ut non aliter peccata in filias & nepotes, tum hos in
ramos porreixerint & dissecuerint, quām si eorū equi-
librio appendenda sint in die iudicij, ut iam deo nihil
relinquant, quod non ipsi prius disjudicarint. Manifesta
opera carnis habemus in sacris literis, quæ manifestaria Galat. 5,
flagida regnum dei non consequentur, nisi misericordia
dei remittantur. Venalia iustorū peccata, petr.e, id est,
fidei soliditate colliduntur, impinguntur, & confrin-
guntur. Septies in die cadit iustus, & toties resurgit. Pro. 2 4.
Nam petr.e beneficio fidelis manet.

DE PR AECEPTIS.

Propositio prima. M.L.

Qui negat deum nobis impossibile
iussisse, pessime facit, & q hoc falsum
esse dicit, plusquam pessime facit.

Condemnatio Parrisiensium.

Hec propositio est scandalosa, impiæ,
legis christiane infamatiua, ac authore
Augustino in deum blasphema.

Confutatio condemnationis.

- Matt. 19. Magistri nostri Parrisienses, Seruatoris nostri dictū scandalosum, impium, & christiane legis infamatiū faciūt, ubi rogaret dis̄cipuli: Quis potest saluus fieri? Re sp̄ōdit d̄ns: A pud̄ homines hoc impossibile est, sed deo possibile est omne uerbū. Et illud Sapientis, eandem in-
- Sapien. 3. currit infamiam: Sacram q̄ non poteram cōtinens esse, nisi dominus dederit. Quod quidem Sapientis elogium Augustin. Augustinus libro de perfectione iustiae huc non inepte accommodat, quo loco aperite declarat homini mādata dei impossibilia esse. Pr̄terea Paulus electum dei organū,
1. Cor 12. quid nostris uiribus negatum sit, aperit: Nemo, inquit, potest dicere, d̄ns Iesus, nisi in spiritu sancto. Quod sine nomen quidem Christi proloqui possumus, ut id cedat in cumulum meriti, nisi spiritus sancti beneficio, quid gloriosuli hic nobis ad blandimur? quid suffici (quod dicitur) nobis uidemur, ut mandata dei uiribus humanis atra gratiam impossibilia negemus? Nō est blasphemus in deum, qui suam impotentia non dissimulans, ardenter iupiter in deū animo, ut inde referat uirium augmentū et robur, per quæ legis diuinæ uerus reddatur obseruator. Pr̄terea generali regula mandata dei non impleri, nisi Augustin. grati. 1. diuus testatur Augusti. 1. retractationum ca. 19. Mandata dei implentur, quādo quicquid nō fit, ignoscatur. Nō me aperire hic dicit, mandata dei impleri nō operantibus plane nobis, sed dei gratia ignoscēre? Nullus ergo potest implere dei mandata, sicut per omnia satis-

faciat mādatis dei, ut ignosā nihil sit opus. Sed iam Bernardū audiamus super cantica, sermone. 50. Est duplex Bernar. charitas in actu & in affectu. Et de illa quidem quæ operis est, puto datam esse legē hominibus, mandatūq; formatum. Nam in affectu, quis ita habeat ut mandatur Ergo illa mandatur ad meritum, ista in præmium datur Cuius initium quidem, profectumq; uitam quoq; præscenrem experiri diuina posse gratia non negamus, sed planè consummationem deferimus futuræ felicitati. Quo modo ergo iubenda fuit, quæ implēda nullo modo erat. Aut si placet tibi magis de affectuali charitate datum fuisse mandatum, non inde contendo, dummodo acquiescas & tu mihi, quod minime in ista uita, ab aliquo hominum possit uel potuerit impleri. Quis enim sibi arroga re id audeat, quod Paulus ipse fatetur se non comprehendiisse? Nec latuit præceptorem præcepti pōdus hominum excedere uires, sed iudicauit utile ex hoc ipso, suæ illos insufficiēc admoneri, ut et sarent sane ad quem iustitia finem nisi pro uiribus oporteret. Ergo mandando impossibilia nō prævaricatores homines fecit, sed humiles, ut omne os obstruatur, et subditus fiat totus mundus deo quia ex operibus non iustificabitur omnis caro corā illo. Roma. 3. Accipientes quippe mandatum & sentientes defectum clamabimus in coelum & miserebitur nostri deus, & sicut in illa die, quia non ex operibus iustitiae quæ facimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos Titum. 3.

sciat. An ergo non p̄cepit impossibilia, ob id ut miseri cordians suam nō obis cōmeridet? Vtq; Insuper cum M. N. dicant in hac uita nulli gratiam consummatim dari, sed semper augeri, cum ipsa id dei mandata implenda dumtaxat detur, uel quis hinc non intelligit (nisi stipes sit aut caudex) in ea parte non satisfieri mandatis dei, ubi deest consummata gratia, quae nulli contingit luteas has domos incolenti omnibus suis numeris absoluta.

Propositio secunda.

Sola duo ultima decalogi p̄cepta sunt, quæ a nullo quantūlibet sancto aliquo modo implētur, cetera omnia implent. Sed in his duobus manent rei et peccatores, quia nihil de istis implent.

Condemnatio Parrisiensium.

Hec propositio est erronea, impia, in legem & legislatorem blasphemæ, & in sanctos contumeliosa.

Confutatio condemnationis.

Si impie & erronee asserta à Lutherò p̄sens sit assertio, profecto insigni doctrina clari, Augustinus et Ambrosius eodem configuntur pugione. Augustinus super Ioannem tractatu. 41. arca finem dicit: Quæ est enim perfectio boni, nisi consummatio & finis mali? Quæ autem consummatio mali, nisi q; lex dicit: Nō coit

cupisces? Omnino non concupisere, perfectio boni est, Deu.5.
 quia consummatio mali est. Hoc dixbat ille, perficere bonum mihi non adiaret, quia non poterat efficiere ut non concupisceret. Non possum, inquit, implere quod dictum est: Non concupisces. Quid ergo opus est ut impetas? Post concupiscentias tuas non eas. Hoc agite interim quamdiu sunt illiae concupiscentiae in carne, ut paulo superius. Quamdiu, inquiens, peccatum necesse est esse in membris tuis, saltem ei regnum afferatur. Quando ergo plena & perfecta libertas erit? Quando nullae inimiciae? quando nouissima inimica destruetur mors? Eandem sententiam video apud eundem de uerbis Apostoli, sermone.3. & 4. Ambrosius libro de bono mortis, capite.3. ibi: Sacrificabo hostiam laudis, Ambrosi.
 Non sacrifico, inquit, sed sacrificabo, significans illud perfectum esse sacrificium, quando unusquisque domino corporis huius vinculis absolutus, assisteret & offerret se hostiam laudis, quia ante mortem nulla est perfecta laudatio. Hieronymus super illud psalmi: Placbo dominino in regione uiuorum. Quid loquitur iustus? Quia uebra & opera bona non habeo, & sanctus videor & laudor ab hominibus. Ego autem noui conscientiam meam. Sæc. quibus cogitationibus cor meum fluctuat, sæc. Roma.7.
 quæ in me libidines ueniunt, & video aliam legem repugnantem menti meæ, & captiuantem me in lege peccati, propterea dico, miser ego homo, quis me liberabit de

Hierony.
Psal.114.

corpo mortis huius. Et ideo dico: Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis para seruo tuo. Non est meum quod parturio. Nolo cogitare mala, & cogito. Nolo cogitare malum, & quasi captiuus & inuitus in malam cogitationem trahor. Sed quoniam in mea potestate non est aut cogitare, aut non cogitare que mala sunt, propterea dico, aliena quidem sunt, que ueniunt in cor meum. Sed quoniam necessitas mihi imponitur, propterea dico. Ab occultis meis munda me. Alienam quidem sunt peccata, sed quia suscipio ea, dico in alienis peccatis, parce mihi seruo tuo. Hoc autem quare dixi? Quoniam dixit

Psal. 114.

Prophet: Plaetbo domino, non plaetbo, sed plaetbo. Hic enim quod facio, non possum esse perfectus. Siquidem Apostoli, & sancti, non ausi sunt dicere, sancti sumus, nec plaetbo, sed plaetbo. Hec Hieronymus, modo titulus non fallat. Ambrosius loco praecato paulo inferius. Bona est uita absoluo certamine, ut iam lex carnis,

legi mentis repugnare non nouerit. Morte igitur hominis extinguitur concupiscentia, & precepta implentur. Si iustus Paulus, si iustus Augustinus, pius Ambrosius, non potuerunt gloriari deuictam & superatam concupiscentiam uita superfite, sicut Parrisiensibus id non concessum, ut concupiscentiae malum euclere queant charitatis consummatione, que nulli hic potest obtingere, ut iam lex membrorum nihil repugnet legi mentis. Si purissimum triticum habuit mixtus

paleas

paleas, utis Hieronymianis utar uerbis, quid de nobis
dici potest, de quibus scriptum est, Quid paleis ad frumentum Hiero. 23
tum, dicit dominus?

Propositio Tertia.

Omne præceptum dei magis positum
est, ut ostendat præteritū, & præsens pec-
catum, q̄ ut futurum prohibeat, siquidē
iuxta Apostolum, Per legem nihil nisi
cognitio peccati.

Condemnatio Parrisiensium.

Huius propositionis prima pars est
falsa, temerarie & sine ratione asserta.
Secunda uero q̄ iuxta Apostolum per
legem &c. est erronea, legi intentionib⁹
Pauli contraria.

Confutatio condemnationis.

Quoniam satis ac super docuimus legem non nisi
iram operari iuxta Apostoli sententiam, & tantum po-
situm ad conuinçandam iniquitatem, nō ad iustificationē,
quasi ea gratiam conferre valeat. Manifestarium esse pu-
to, legem magis positam, ut ostendat peccatum præteri-
tum, q̄ ut futurum prohibeat, cū id sine gratia dei quam
lex non habet in manu, fieri nequeat, quod perspicue-
do et Apostolus. Sed peccatum non cognoui nisi per le- Roma. 7.
gem, & non uno loco affirmat ex lege nō esse iustitū,

Quapropter quod posteriorem partem propositioni le-
gi, & intentioni Pauli, contrarian blatrant, nihil quic-
quam mouerit, nisi si quam aliam genuinam Pauli men-
tem efficiant in lucem, id quod facturi sunt ad Kalendas
græcas. Nam hanc literariam, & uere theologicam pa-
lestram, polliæs nimirum refectos habentes, & sue te-
meritatis non nescij, & horrent & refugunt, qui clas-
moribus tantu fortis Darhetas exprimere, & uox qua-

- 1. Re. 17.** si Stentorea triūphare didicerūt, nō secus atq; ille præ-
puciatus Philisteus, qui Dauidi exprobrat, q; pusillus et
despecto vultu, & item inermis, baillo tantum fatus,
quo uel canem abacturus uidebatur, & lapillis prodi-
ret cū Poliphemo congressum habiturus, & gladiatoriā
commissurus. Sed encomium canens, ante uictoriam ma-
gna trophea erigebat, que tueri ita non potuit. In quem
modū, & hi magnifica, clamosi, fastuosi theologi præ-
fractam illan cervitatem sunt inclinaturi, quinq; illis ē
torrente illius fontis, aquæ uiuæ salientis in uitam æter-
nam, petitis lapillulis, quibus se communiuunt Lutherus,
humili & despecto habitu aduersarijs obuiā tendens, ni-
hil territus quibuscunq; opprobrijs, infamia, morsibus.
Ambro. Ambrosius libro de Iacob, & uita beata capi. 5. Luthe-
ro apertis uerbis suffragatur.

Propositio Quarta.

Quia homini charitatē habenti, Nulla
lex necessaria est, ideo p hoc præceptū,

Sabbata sanctifices, nō opus præcipi-
tur, sed quies.

Condemnatio Parricidiorum.

Hæc ppositio est ex errore scripturæ
intellectu asserta, iure in cōcilio Viennæ
si contra Begardos reprobata & hæ-
retica.

Confutatio condemnationis,

Nō queritur quid in quibusdā cōsilij dñnnatū sit, sed
quo iure, quodq; sit improbatū. Quoniā igitur ut in om-
nibus alijs, ita nec in hac ppositione adduatis, quibus
hæc Lutheri scripta demoliamini. Ambrosius uidetur *Ambro.*
hoc eodē carbone notādus cū Martino, q; erroneæ hæc
dicat. *Roma. 3.* Nō opus est lex, cū iustus p fidem iustifi- *Roma. 3.*
cetur, sicut scriptū est, In hoc qui credit, iustificatur. Et
Apostolus, Iusto nō est lex posita, sed tantū iniustis, *&* *1. Timo. 1.*
nō subditis. Qui fidelis est, fidem non habet oīosam,
laudat dominum, in cūctis benedictatur deus. Et quomo-
do lex ponatur ei, qui spiritu afflatus diuino, nihil agit p
se, quod deus non operetur?

Propositio Quinta.

Istud præceptum tertium, Sabbata san-
ctifices, cessauit, pprie, imo omnia quo
ad perfectos Christianos, quia iusto nō
est lex posita.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc ppositio est erroneo scripturæ intellectu asserta, iure i Cōcilio Viennēsi cōtra begardos reprobata et hæretica.

Confutatio condemnationis.

- Augusti. Cum Luthero hic Augustinus in eadem est sententia, ad Ianuarium his uerbis, ideo inter omnia illa decē præcepta, solum tibi quod de sabbato positum est figurare obseruandum præcipitur, quam figuram nos intelligendam, non etiam per oculum corporale celebrandam suscepimus. Cum enim sabbato significatur spiritualis requies, de qua dictum est, Vacate & uidete, quoniam ego sum deus, & qua uocantur omnes homines domino Mat. ii. didente: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis &c. Tollite iugum &c. & inuenietis requiem animabus uestris. Cetera tamen ibi præcepta, proprie sicut præcepta sunt sine ulla figurata significatione obseruamus. Hec ille. Cui sententia cōsonat illud Apostoli, Ne mo uos iudicet in abo & potu, aut in tempore dici festi aut neomenie, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futuro rum. Perpetuum agit sabbatum in Christo, qui cum dominio unus effectus spiritus absorbetur, ut legem ne respiciat quidcm, nec operum legalium habeat rationem, ad spiritum subiectus & Christum indutus, In lege domini meditatur die ac nocte, quæ immaculata est conuertens animas, quæ diuinitus inspirata utilis est ad do-

endum &c. quæ alia est ab eo quæ humano studio acquiritur, & quæ tabulis aut membranis exæpitur. Deus ipse iusto exemplar est, quæ summa, perfecta, sanctaq; est lex, quæ ab omni legé nos eximat, oës alias leges corrigit, quæ nos iustus non reddat nisi hæc diuina charitatis lex doceat, ut eius consilio cuncta facientes, quod Hie-
ronymus ait. 2. Timo. 3. Iusta iuste faciamus, ut iugem etiam ab operibus peccati agamus sabbatismū. Vnde & Augustinus in caput Iohannis. 9. Sabbatum spirituale, Augustii. hoc est, nō habere peccatum. Omne opus ait seruile non Deu. 5. faciet in eo. Quid opus seruile? Omnis qui facit pecca-
tum, seruus est peccati. Iudei ergo sabbatū carnaliter obseruabāt, spiritualiter uolabant. Nobis spiritualiter obseruandā præcipitur. Hæc Augustinus. An nō ubi spiritus domini, ibi libertas? Sabbatū semper agit, quisquis operanti in se spiritui nihil reclamat.

Propositio Sexta, Mar. Luthe.

Infirmis qui nondū sunt mortificati secundū ueterē hominem opus est ut certis officijs, dieb⁹, modis occupetur. Vigilijs, iejunis, oratiōibus, disciplinis et similibus, quibus pueniat ad pfectū interioris homis, Ut ubi corpus fuerit castigatū & in seruitutē fuerit redactū, & mortificatæ passiones, tum ipsa cessent

paulatim, & tantū minuātur quantū p
fecerit iteror homo, adeo ut si pfectus
fuerit illa omnino cessare debeāt.

Condemnatio Parisiensium.

Ista ppositio cū duabus præcedētibus
est errore scripturæ intellectu asserta
iure etiam in cōcilio Viennensi contra
Begardos reprobata & hæretica.

Confutatio condemnationis.

Quatenus cœremonie, studia, conatus, uigilie, disipli-
næ, conducūt ad charitatē ad mortificationem carnis, nō
sunt abijāeda, quin & ea oīa necessaria sunt infirmis,
donec in Christo solidi hæc contēptu habere ināpiāt. E
regione aut̄ horū operū fiduciae inniti & supbire, quæ
foris exterioribus quibusuis mēbris, & corpe aguntur,
est in Iudaismū à lege euāgelica readere. Sed nihil suffi-
cētes hæc exteriora ueluti factō gradu ab his, que nos
nimū irretiūt, assurgere debemus ad uianiora & poti-
ora salutis, ut tū demum sensim abducti ab operū fiducia
(que ex se aut nihil sunt, aut equalia sunt seclusa grā-
tia) spū. alibus inhæreamus, & instupescamus, recogni-
tes & iugiter animo uolūtates & cōfitētes domino, quo
niām in seculum misericordia eius. Hec probantur per

Roma.3. Apostolum. Plenitudo legis est charitas, ubi ergo dilec-
tio, ibi legis plenitudo, ubi plenitudo, ibi nihil deest,

quare habenti charitatem, lege nihil est opus. Nam qui manet in charitate, in deo manet, id quod non fit legis scriptae beneficio. Item alibi. Omnis lex in uno sermone implitur. Diliges proximum, sicut te ipsum. Qui dum diligit, legem adimplevit, Dilectio non obtinetur legis operibus, quod nemo ignorat, sed per spiritum sanctum gratia datur. Et ad Timotheum scribens: Finis, inquit, præcepti est charitas de corde puro, conscientia bona, fide non facta. Cum Colloſſensibus scripsisset, Mortificare membra uestra, quæ sunt super terram, scilicet immundiciam, fornicationem, adiecat. Super omnia autem charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Vbi perfectio est, ibi non est defectus. Sine lege datur charitas ex dei dono, quam quisquis habet, lege non permittitur ultra, ut qui solo spiritu agatur. Si labitur interim fortior resurgit. Iustitarij uero qui hanc legis perfectionem in se experiuntur, operibus, uigilijs, ceremonijs corporalibus, & uisibilibus rebus se saluandos putant. Contra qui charitate dei imbutus, quam legis loco habet, noua factus creatura renouatur de die in diem, in agnitionem dei & ueritatis, quo prouectus autore spiritu despiat, & nihil momenti haberi putat, ceremoniarum manem usum, ut quæ nihil bonæ frugis adferat animæ, dum charitatem nihil promoueat. Neq; despiciat ut anxius rationem habes, quibus uesatur, quibus uictitet, quantum psalmorum, quot pecularum chiliades admiserit.

169 DE CONSILIIS EVANGELICIS.

muret uox & labiorū strepitu, quippe qui oīa sua stu-
dia una metitur charitate, hucq; feratur totus, ut deū ar-
deat, ut in deū transformetur, ut illius corpori altius in-
scratur, ut deniq; cū eo unus effectus spūs, & ipse san-
ctus pfectusq; sit sicut deus (cuius est sicut filius charis-
simus imitator) sanctus ac pfectus est.

DE CONSILIIS EVANGELICIS.

Propositio Prima.

Illud uerbum Christi Matthæi, 5. Qui
te percusserit in maxillam dextrā &c.
Et illud ad Romanos, 12. Nō uos defen-
dentes charissimi, nō sunt cōsilia, sicut
etiam multi theologi errare uidentur,
sed præcepta.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc propositio est falsa, legis Christia-
næ nimium oneraria, & sanæ intelligē-
tiæ scripturæ aduersa.

Confutatio condemnationis.

Patientiam & æquanimitatem ut doctrina ita &
exemplo commendauit nobis Christus. Ex carne & con-
cupiscentia nobis est innatum, ut impatientius feramus
contumeliam, ut vindictæ simus cupidi, sed hoc legem
membrorum, lex ipsa Christus, qui nostra est patiētia,
refrenat & mortificat. Si uoles luæ clarius, & quasi in-

speculo contemplari, num uere mortificas opera carnis,
et uia lege regaris. Age, mandauit seruator. Qui te p- Mat. 5.
cussit in unam maxillam, praeb ei et alteram, q si no
faas a charitate exadiisti, et si non resistis affligeni, spi
ritus est qui hanc legem carnis, correxit, qua alioqui re
ferire, aut saltem declinare iniurias promptulus esses.

Sic ergo necesse est, ut prius moriatur quod animale 1. Cor. 15.
est, quam resurgat quod spiritu de est. Sic, si granum Iohā. 12.
frumenti deiectum in terram mortuum fuerit, fructum
multum adfert. Cruafigitur ergo et moritur hic affe
ctus carnis, quo impatientes sumus, si fortius affligen
tium feramus iniurias, etiam nihil obnientes, imo ut
uberior patientie messis reddatur, ut spirituales prouen
tus resurgent locupletiores, ultroneos exhibere pre
cipimur concutiendos: tantum abest, ut consilij uideri
possit, non indignari aut destomachari in afflidentes.

Qui enim seminat in carne, de carne metet correptionē. Galā. 5.

Contra qui unquam deo placuerunt, crucifixerunt car
nen cum uitijs et concupiscentijs suis. Nec sum insanus
desensionem esse iuris naturae. Verum enim uero, si iudi
cabor secundum ea que mihi natura tulerit, indubitate
condemnabor. Nisi enim me abnegauero, Christum non
sequar. Si non subsequar Christum, sublata in humeros Philip. 3.
cruce, iam perii. Christum sequitur qui non querit que
sua sunt, sed que Iesu Christi, qui non agit in que natu
ra est inclinatio, sed ea curat que carnalem hominem

170 DE CONSILIIS EVANGELICIS.

perdant et iuuent spiritum. Excutiamus doctores eccl

Chrysost. clesie. Chrisostomus Matthæi. s. in hæc uerba locum

Mat.5. euangelij tractat. Sic enim cum dicit, qui fratrem suū factū uocat, reus erit gehenæ, non de sola istud puniaat illius sermonis iniuria, sed de omni profecto maledicto. Ita hic quoq; non ut tantummodo palmis cæsi fortiter seruus iubet, sed ut quodcumq; illud fuerit irrogatū, absq; ulla perturbatione patiamur. Propterea ibi extreemam elegit iniuriam, et hic facie uerberationem locauit. Quod arte maxime exprobrabiliter et præcipue in

Augusti. iuriosum esse solet. Hæc ille. Cui consonat Augustinus de sermone domini in monte lib. 1. cap. 29. Parum enim adhuc uidetur domino si pro malo quod acceperis, nihil rependas mali, nisi etiam mali quippiam amplius para-

Mat.15. tus sis accipe, qua propter nō ait: Ego autem dico uobis, nō reciliare malum malo (quamquā etiam hoc magnum præceptum est) sed ait, Nō resistere aduersum malum, ut non solum non rependas quod tibi fuerit irrogatum, sed etiam ut non resistas, quo minus aliud non irrogetur.

Ambro. Hæc ille. Eiusdem sententie est Ambrosius super hunc locū euangelij, quare si iubet hæc saluator id quod grammaticæ ratio uult, qui sit ut consulat? maxime cum et pœnas intentet. Consultit arte, sed non tali ratione quæ uos id colligitis. Neq; enim qui se ferendis malis exposuit, supererogat aliquid, quando se totum debet deo, sed patientie bonum auctius reddi optans, genas suas

cum scruatori suo dat uellentibus, & maxillas suas percutientibus, longe infra impletionem mandatorum recessens. Si enim adimpleret omnem iustitiam, quam Christianis prescriptis Christus, profecto caro mortificata esset, quod non obtinget ulli carne peccati adhuc circumdato. Nam quo minus caro vindictam optat, hoc propius acceditur ad huius mandati obseruationem, omnia no sic tolerari iniuriam, & ferre malum ut caro nihil quicquam concitat, non secus quam si totus esset spiritus, id non est hominis. Hec enim militia, qua caro resistit spiritui, etiam iniustis, est uita hominis. Mortuo uero corpore peccati consummatur charitas & scoria exuritur. Quod autem fingitis hoc axioma, Christianæ legis exoneratum, id negamus. Qui enim per se & suis viribus mandata & legem dei adimplere conaretur, hic ic nihil nō esset onerosum, adde & impossibile. Sed qui in Christo intelligit se mandata adimplere diffisus de uiribus suis, nihil sentit oneris, nullis præmitur angustijs, nullo retrahitur pōdere, tantum ut gigas exultat ad currēdā uiam. Cui & iugum domini suave est & onus leue. Fieri enim non potest ut pure amanti aliquid sit difficile. Verbo domini illius roboratur animus ne subsistat cunctantior, ne improbe prematur, ne humili condat. Sic enim meditatur cum ingruunt ab improbis maledictis, pressuræ, torsiones, Oportebat Christum pati, **Lu. 24.** & ita intrare in gloriam, & sic quæcunq; scripta sunt

Roma. 5 ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Spem inquam quæ non confundit, quam Paulus prædicat, quantum ergo uel ira uel exandeſenſia, uel perturbatione commoue or, quoties afflictionibus, iniurijs & maledictis pulsor, tantum deest meæ perfectioni, & iustitiae & charitati, quæ niſi consumetur & perfidatur ante mortem regnum dei mihi præclusum sum experturus. Aduc niant ergo opprobria, aduenient flagra, adueniat morates. Sed tu domine, da uoluntatem non renientem, da patientiam, tolerantem, da constantiam in finem usque perdurantem, quo tue præscriptæ legis simus executores, quæ extat apud Matthæum.

Mat. 5. Ego autem dico uobis non resistere malo, sed si quis te percussit in dextiram maxillam tuam, præbe illi & alterā, & ei qui uult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicunq; te angariuerit mille passus, uade cum illo, & alia duo. Diligit inimicos uestrós, & benefacite his, qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uestrí, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. & pluit super iustos & iniustos. Respondes, non mihi ista dixit. dixit Apostolis, dixit perfectis. Nonne audisti, ut filij patris uestrí sitis? Si filius dei non cupis esse, nihil ad te pertinet ista lex. Quanquam ne bonus quidē est, qui pfectus esse nolit. Acipe

Et illud, Christus, cum qui irascat proximo, aut qui fa- Mat. 5.
 stidit proximum, racha dicans, iudicij reum facit. Quod
 si consulebat tantum ne irascemur, quid interminabat-
 tur iudicium? Si liberum est irasa offendenti, aut non
 irasa (hoc est, si est consilium) cur poenas intetabat? Ac Idem.
 tamen et aliud. Si mercedem non desideras, nihil ad te ista
 mandata. Sequitur enim. Si diligitis eos, qui uos diligi-
 gunt, quam mercedem habebitis? quasi dicat, nullam,
 neque enim istud facere uirtutis est, sed non facere scelus
 est, quia palam Christus damnat eos, qui non diligunt
 nisi amicos, cum gentibus et publicanis eos aequas. Pre-
 terea cum preceptum sit diligere proximos, an non om-
 nia illa que isti inter consilia numerant amor comple-
 titur. Et Paulus magnus Christianarum legumi inter-
 pres, haec omnia refert in legem. Nemini, inquietis, quic- Ro. 13.
 quam debatis, nisi ut inuidem diligatis. Nam qui diligit
 alterum, legem impleuit. Siquidem illa. Non adulteras
 bis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium
 dicas, non concupisas, et si quod aliud preceptum in
 hoc sermone summatim comprehenditur, Nepe, diliges
 proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio, proximo ma-
 lum non operatur. Consummatio itaque legis est dilectio.
 Vnde et precepit praecedenti capitulo. Benedicte per= Roma. 13
 sequentibus uos, benedicte et nolite maledicere, nulli
 malum pro malo reddentes, si fieri potest, quod ex uo-
 bis est cum omnibus hominibus paucis habentes, non

nos met ipsos defendantes charissimi, sed date locum ire
sicut scriptum est. Mihi vindictam, & ego retribuā, di-
cit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si
fuit, potum da illi. Hoc enim faēns, carbones ignis con-
geres sup caput eius. Noli uina à malo, sed uina in bo-
no malum. Insuper unicum dūtaxat, ut eret in euā-
geliis literis inesse consilium, post ipsum legislatorem,

Mat. 19.**a. Cor. 7.****Chryso.**

qui ait. Qui potest capere capiat, & post Paulum dicē-
tem. De virginibus p̄ceptum domini non habeo, consi-
lium autem do, idq; esse cōlibatum, & Chrysostomus
mihi fidem facit in Epistolam ad Hebræos, omelia septi-
ma: Non enim secularis debet aliquid amplius habere
monacho, quam cum uxore concubere tantum. Hic
enim habet ueniam, in alijs autem nequaquā, sed omnia
equaliter sicut monachi agere debent. Non & beatitu-
dines, quæ à Christo dicuntur, non monachis tantum di-
ctae sunt, alioquin uniuersus mundus peribit, & accu-
sabimus crudelitatē dei. Si uero beatitudines solis mona-
chis dicte, secularē autem hominem impossibile est eas
implere, quæ nuptias iussit, ipse ergo oēs p̄didit. Si enī
non potest cū nuptijs ea quæ monachorū sunt implere
pericrunt & corrupta sunt, & in angustum conclusit
ea quæ uirtutis sunt. Hęc ille.

Propositio Secunda.

Requirere corā iudice de iniuria repa-
rationē Christianis prohibitum est.

Condemnatio Parrisiensium.

**Hæc ppositio est falsa, scandalosa iure
diuino, naturaliç dissona.**

Confutatio condemnationis.

**Hæc assertio concomitatur supiore. Si enim parato, &
ex celso animo expositi esse præcipimur ad ferendas in-
iurias, nulla ratioe nobis liberū esse potest, ut eas decli-
nemus cū obruūt aut detrectimus cū adsint, aut cū foe-
nore rependi optemus cum acceptæ sunt. Quia de causa
Apostolus acriter obiurgans Corinthios de hoc cum eis
expostulat, q. forū sectarētur, & iudicā celebrarēt. Iam
delictum est, inquit, inter uos, q. iudicā habetis. Quare
nō magis iniuriā acapitis? Quare nō magis, fraudē pa-
timini? Corripit eos, ait Augustinus, quia nō patiuntur
iniuriā, ut ad illud redcatur, quod dominus ait, Si q.s uo-
luerit tunicā tuā tollere, & iudicā tecū contēdere, dimit
te ei & palliū. Et apud Lucā. Qui abstulerit tua noli re-
petere. Quid saluatoris clarā uocem aut negligimus aut
palliamus? Afflictus rerum temporalium nō eximit nec
reprimit, quæ ob reparationem iniuriarum lites sequi-
tur. Res temporales indignius & uilius haberī debet à
pure Christianis q. ut earū amissiōe iniuriatas, & odia
simultates, lites exercere debeant, ut qui non carnalem
non temporariam expectent hæreditatem, sed spiritu-
lem, sed eternam, pro qua etiam nudos sequi Christum
præstiterit, q. ut facultatum ratione, iurgia moueamus.**

i. Cor. 6.

Augusti.

Mat. 5.

Luce. 6.

176 DE CONSILIIS EVANGELICIS.

- Heb. 10.** Male immo pessime conueniunt, amor dei cum peculij studio. Commendat A postolus Hebreos, sic inquiens, Directionem facultatum uestrarum cum gaudio suscepistis scientes uos habere in ecclis potiorem substantiam ac manentem. Ne abieceritis igitur fiduciam uestram, quae magnam habet premissi retributionem. Nam patientia uobis est necessaria ut ubi uoluntatem dei perciperitis, reportetis promissionem. Christianum studium nul nisi diuitias illas ueneratur, quae erugini non sunt obnoxiae, et quas tineae non demoluntur. Eos enim thesauros reponendos esse monet salvator, proprium nihil habet Christiana similitas, omnia omnibus sunt communia. Taceo nunc de commodo Christiane pauperis quod conturbatur quoties alter alterum in ius uocat uel ab iracundia uictus uel auaritia, ob rem tam futilem, tam nullius momenti. An non utilis et nullius momenti, rerum affluentia erat diuiti illi euangelico, cuius uitam ne puncto quidem temporis poterant protrahere, cum repeteretur anima illius? Studium pauperis, et mutuae concordie potissimum est argumentum uerae pictatis, sic dicere te domino: In hoc agnoscent omnes, quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adiuicem. Et alio in loco precatur discipulis pauperis suae bonum, Pax mea do uobis. Et Psal. In pace factus est locus eius. Ergo Christi annum decretum sit, cum omnibus amore, mansuetudine, beneficio certare. Contumione, odio obtructatione, contumelia

contumelia, iniuria, uel infimis etiam libenter cedere.
 Sed indignus est cui beneficat, cui concedatur, at dignum
 te ut facias, dignus Christus, ad cuius gratiam fit. At om-
 ni iniuriæ obnoxij crimus, si vindicare non licet? Recl.,
 nam hæc uita crucis est, ut omni iniuriæ simus obnoxij.
 Rapient nostra mali, si repetere non licet. Hoc magi-
 stratus intererit auere, ne damnum dei det auis aui, tu-
 um est boni consulere hos genus casus. Diximus res tem-
 porales indigniores, quam ut per eas ulla contentio in-
 ter fratres conatanda sit, quippe quas contemnere, &
 tanq pro ruderibus calcare debet uere pius. Nunc aut
 ob maledictum, ob conuictia, ob aspersam fumæ maculâ,
 conatam tragediam, iudicis clamare, terram, cœlum,
 maria, questibus implere multo licet minus. Ex pre-
 scripto apostoli exhibere nos debemus, ut dei ministros 1. Cor. 5.
 per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam
 famam, ut seductores, & ueraces, sicut qui ignoti, &
 cogniti, quasi morientes, & ecce uiuimus. Cuius instituti
 sectatores licet ut bardos explodant, & incessent ope-
 rarij iniquitatis, apud Sapientem tamen computati sunt Sapient. 5.
 inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. A po- 1. Cor. 6.
 stulus iudicis munus non patitur Christianos obire. Nam
 qui contempti sunt, inquit, inter uos hos iudicis consti-
 tuite. Sed & hoc ad erubescētiā uestrā dico, Quin
 & ipse Seruator proph. num declinavit iudicium, cum ro. Luce. 12.
 gatus de diuidēda hæreditate inter duos fratres, respon-

dit : Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos ? Non me præterit decreta pontificum, hoc negotium maxime souere, & uelut oleum flammis adiærire, litis seruande materiam et fomenta addere. Crudelis est, inquiunt, qui negligit famam propriam, immo fidelis est, pius est, quisquis nomen suum sinit obscurari, labefactariq; spiritualis lucri amore, præfertim quando per eum non stat, quo minus impij persistant agere non quod debent, sed quod solent, arbitr.ans id, quod res est, eam infamiam non sibi, sed nomini Christi inuri, quam suo si

Roma.14

bi iumento non aceruit. Ipsi enim siue uiuimus, siue morimur, domini sumus. Ipsi cum nihil sumus, puluis tantum & umbr. Quid de nobis dia potest tam male, quod non cōmeriti sumus ? Si uero aliquid sumus iam id quicquid iniuriolē uidetur nobis illatum, redundat in caput nostrum Iesum, unde fluxit illud nostrū aliquid, quare noxēc nolo commeritus, sed prodeesse etiam immentibus, memor illius : Mihi vindicta, & ego retribuam. Si enim omnes sumus iniiciem membra, Membra coherentia constituant corpus, corporis caput Iesus Christus, Christi caput deus. Mihi fit, singulis fit, Christo fit deo fit, quicquid unicilibet membro fit, seu bene, seu male. Interca non nego forū & iudicia necessaria recipublicæ, ob illa crimina, grauiorāq; flagitia, quae non tam ab ecclesiastico, quā prophano iudice puniri debent, ut pacatus administretur reipublicæ status, ut in fontes

Deut.32.

1. Cori.12

am. Si enim omnes sumus iniiciem membra, Membra coherentia constituant corpus, corporis caput Iesus Christus, Christi caput deus. Mihi fit, singulis fit, Christo fit deo fit, quicquid unicilibet membro fit, seu bene, seu male. Interca non nego forū & iudicia necessaria recipublicæ, ob illa crimina, grauiorāq; flagitia, quae non tam ab ecclesiastico, quā prophano iudice puniri debent, ut pacatus administretur reipublicæ status, ut in fontes

animaduertatur, quo minus noxant iniusti, & iusti requietius agant, ut deniq; proteruorum improbitas, & improba protruitas contundatur. Non est haec proposi^{tio} falsa, quæ tot scripturis est consona, non est scandala^s pijs, quibus temporalia & sua gloria omnino sordere debent. Nō est iuri diuino dissona, quæ iure diuino affe^{ritur}. Et q; naturali iuri sit dissona, nihil mouet, neæffe enim est ut moriatur natura, quæ corrupta est, ut tandem resurgat in gloria iam defecata & repurgata. Qui enim amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam eternam custodiet eam. Iohan. 12. Et qui seminat in carne, metet corruptionem de carne. Galat. 6.

Propositio tertia.

Quia christianus temporalia non debet amare, ideo propter ea nō debet iurare

Condemnatio Parrisiensium.

Hec propositio est in moribus erronea,
& sapiens haeresim.

Confutatio condemnationis.

Haud obscure quidem dñs noster iuramenti omnem usum uetus apud Matth. Ego autem, inquiens, dico uobis nō iurare omnino. Sit autem sermo uester, est, est, nō. Porro q; ultr; hæc adiungitur, à malo profasatur, nō tantū iuratis, sed auditoris, qui ob infirmitatē aut in credulitate, nō aliter mouetur ad fidē, ut ait Augu. Itē Augustin et ibi: Nō assumes nomē dei tui in vanū. An nō in vanū Exo. 20.

assumit, quisquis amore dei temporalis (que pure sor-
det christiano) deum exhibit testem? Vtuit lex, ne
concupisceres. An non concupiscas, si quo tuam rem ser-
ues, sacramento tete astringis? Vanitati omnis creatura

Deu. 5. est subiecta. An non ob uana, & ergo uane iurat, quis=
Roma. 5. quis ob creaturas deum accersit testimoniū? Sed dicunt: Non
Gala. 1. ne & Paulus iurauit? Vtiq; ut ibi: Ecce cor am deo, quia
1. Cor. 15. non mentior. Et alibi: Quotidie morior, propter uestrā
gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu domino no-
stro. Verum in causa fidei & pietatis, non pecuniole
gratia, pro qua paucim deicerat. Iurandum est igitur ali-
quoties, quis neget? Quoties aliquis dicit, uel faiat, quod
expedit ad salutem, ut credatur, ubi timetur non credi,
debet iurare. Et ratio eiusdem est: Quia per ipsum in-
uocatur ueritas eius & creditur in eum, ac propter eum
fit pax & concordia iurantium, ideo sancte colitur in
eo opere, qui destruitur opus diaboli, dissensio & lis.

Hebr. 6. Vnde ad H. ebrcos: Omnis controuersiae finis est iura-
Augustin mentū. Sed & iam libet ipsius Augustini uerba de h. te-
re in medium proferre, sermone primo in de uerbis do-
mini in monte. Qui intelligit ergo non in bonis, sed in
necessarijs iurationem habendam, refrenet se quantum
potest, ut ea non utatur, nisi in necessitate, cum uidet pi-
gros esse homines ad credendum, quid eis utile est cre-
dere, nisi iuratione firmetur. Hæc ille. Vide obsecro mi-
lector, ut hanc propositionem, pro sua tantum libidine

non interrogato ore domini condemnari Sorbona. Est ergo hæc propositio in moribus sua querentium erronea & sapiens heresim pharisaicam decretis, quia Euangeli ea ueritas non recipit iuramentum, cū omnis sermo fidelis pro iure iurando sit, ut ait Hicron. in ca. Matth. 5. Hicrony.

Propositio quarta.

Iudæis ad libitum uerum iurare est permisum.

Condemnatio Parisiensium.

Hec propositio, si intelligatur permisum tantum licitum, falsa est, diuino pcepto aduersa, & antiquus error Iudeorum

Confutatio condemnationis.

Quod solum studiose quæsierunt præclarissimi condemnatores in Lutherio, quod calumniarentur, testantur hic satis ac super. Cum Lutherus iurantes ad libitum (ut sic loquar) Iudeos à peccato non dicat immunes, id quod isti summa tantum cute inspecta proponere criminantur. Nam iuxta Scrutoris sententiam audistis, quia Matt. 5. dictum est: Non periurabis, constat prohibitum, ne per Exod. 23 iurent Iudei. Ceterum M. N. producant locum, ubi ad literam iurare Iudæis sit prohibitum. Nam attestante Hiero. in Matth. in lege præceptum erat, ut non iurarent nisi per dñm deum. Et hoc quasi parvulus fuerat lege concessum, ut quando uictimas immolabant deo, ne

ea idolis immolarent, sic et iurare permitterentur in deum, non quod recte hoc facerent, sed quod melius esset deo id exhibere, quam demoniis, sermo enim iurantis, aut ueneratur, aut diligit eum, per quem iurat. Hæc est ergo mens Lutheri, q[uod] quocies iurarent Iudei, poenam legis non incurserent, quanquam iurantes etiam uere p[ro]carent. Prophetæ namq[ue] pessimam corum per clementia iurandi consuetudinem, sepiissime acrius argunt. Arguti sunt plane et precepites admodum ad aliena carpenda doctores Sorbonia.

DE PURGATORIO.

Propositio prima. M.L.

Scriptura diuina prorsus nihil habet de purgatorio.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc propositio est falsa, Valdensium errorem maxime fouens, ac sanctorū patrum sententię repugnans.

Confutatio condemnationis.

Lutherus ingenue fatetur, et palam clamat, se credere, et pro comperto habere, purgatorium esse, tanum abest, ut Valdensium errorum negantium purgatorium, foueat; hoc dicit: Purgatorium non potest probari, et asseri, per cuiusdam sacrae scripture testimonium, quo pertinacibus satisfaciat. Quod si que sunt scripta cano.

nica , si quæ sunt sanctorum patrum benedicta , quibus purgatorium asseratur , que Lutherus non uidit , age dum proferuntur in lucem , quod uestre est professionis . Ceterum , si omnes damnationi sunt obnoxij , qui nesciunt , qua scriptura purgatorium probetur , infiniti arte laici condemnabuntur , cum multis etiam mundi sapientibus . Sed satis sit nobis purgatorium uere esse , & assuerantius prædicare . Imo multo satius uidetur uita exutos , dei unius iudicio relinquere , neque quicquam de eorum statu curiosius inquirere , quam de omnibus tam impudenti fronte Scholastico more definire . Non sine admirando dei consilio factum est , ut nobis nihil competitum esse uoluerit spiritus sanctus de defunctoru[m] statu . Euangelium habet negatum diuini manduconi , ut ipsius fratres tartaci cruentatus comedoneficerent , quo significatur ad nos nihil pertinere , quid cum mortuis agatur . Nam quid ex his frigidis & scrupulosis disputationibus accrescat quæsto pietati ? Diligamus iustitiam dei , & cius misericordiam nobis imploremus , ad haec enim nos uocat scriptura , huc per spiritum dei invitamur . Ecclesiastica enim est consilium , Humilia te in omnibus , & corā deo inuenies gratiam , quoniam magna dei potentia solius , & ab humilibus honoratur . Altiora te ne quæsieris & fortiora te ne scrutatus fueris , sed que præcepit tibi deus , illa cogita semper , et in pluribus operibus eius ne facris curiosus . Non est enim tibi necessariū ea quæ ab

*Scindita sunt uidere oculis tuis in superuacuis rebus non
li scrutari multipliater.*

Propositio secunda.

*Non uidetur probatum esse, q̄ animæ
in purgatorio sint extra statum meriti,
seu augendæ charitatis.*

Condemnatio Parrisiensium.

*Hęc propositio est falsa, temerarie &
impię asserta, & in hoc quod pr̄tendit
animas in purgatorio non esse extra
statum meriti seu agendæ charitatis, est
in fide erronea.*

Confutatio condemnationis.

In hac pr̄eatione satis uulgari innuit Ecclesia ani-
mas non esse extra statum meriti. Partem beatæ resur-
rectionis obtineant animæ omnium fidelium defunctorum,
uitamq; æternam habere mereantur in cœlis. São
animas in purgatorio nō mereri ex uoluntate eliciat op-
ris, ut loquuntur, sed ex gratia & misericordia prius
promissa & iam donata, ut si deæernam, certam pecu-
niae portionem laturum, quem uel inuitum uel inuolun-
tarium cædtero, sic cæsus quanq; inuitus & inuolun-
tarius designatam & pactam merædem auferet, tanq;
meritum. Deniq; cum scribat beatus Gregorius, libro
dialogorum. 4. in purgatorio culpas remitti, & reata-
Collecta.
Gregor. dist. 27.

ter dist. 27. Qualis, & cum apud omnes constet, culpā non remitti, sine augmento gratiae, etiam uenialium, ut patet per beatissimum Paulum: Venundatus sum, inquit, sub peccato, quis me liberabit de corpore mortis huius? Respondet: Gratia dei per Iesum Christum. Certum est autem Apostolum non fuisse obnoxium criminibus, ergo ex premissis sequitur animas in purgatorio misericorditer mereri.

Roma. 7.

Propositio tertia.

Non uidetur probatum esse, quod ipse animę in purgatorio sint de sua beatitudine certe et securę saltem ad omnes

Condemnatio Parrisiensium.

Hec propositio est falsa, & presumptuose asserta, & in hoc quod pretendit animas purgatoriū non esse certas de sua beatitudine, est traditioni Ecclesie, & doctrinę sanctorum contraria.

Confutatio condemnationis.

Hec propositio huic questioni innititur, utrum ad uitam reuocatus per diuum Gregorium, & uite restitutus per beatū Remigium fuerint in inferno aut in purgatorio. Indubitatissum est, quod fuerint de sua beatitudine incerti, in eo tamen statu, in quo poterant obtinere redemptionem, Ciprianus libro. 4. Epistola secunda signis Cipriano

ficiat nonnullas animas incertas de sua salute, afferens alium
denique pendere in dicto iudicij ad sententiam domini.

Propositio quarti. M.L.

Animæ in purgatorio peccat sine intermissione, quod diu horrēt pœnas et petunt requiem, quia querunt quod sua sunt, plus quam uoluntatē dei, quod est cōtra charitatē.

Condemnatio Parisiensium.

Hec propositio est falsa, impia, purgatoris animabus iniuria & haeretica.

Confutatio condemnationis.

Auguſtī Augustinus ad Anastasium: Tantū quisque odit peccatum, quamvis iustitiam diligit: Quod si animæ iustitiam dei iuste inflictam non diligant, mirum qui deum ex toto corde diligant, cum plus sese, quam eam iustitiam diligant. Deus non minus est iustus, quam misericors. Quia obrem nec minus est laudanda iustitia dei, quam commendanda misericordia. Respondeant hic M.N. an ne minus faciant quam debent, qui re ipsa dicunt domino, non tua uoluntas, sed nostra fiat? Qui minus faciat quam debet, an non iniustus est? Qui autem iniustus est, an non peccat? Unde & Bernardus: Nemini quippe dubium est, quod nullus in tormentis positus, actum iterare peccati delectetur. Veruntamen si uoluntas etiam in tormentis mala perdurat, quod certum est si nollet omnino pri-

Bernardī in lib. de gratia & libero arbitrio. Nemini quippe dubium est, quod nullus in tormentis positus, actum iterare peccati delectetur. Veruntamen si uoluntas etiam in tormentis mala perdurat, quod certum est si nollet omnino pri-

niri, iustum est autem puniri, qui punienda gesserunt.
Nolunt igitur, quod iustum est. Sed qui non vult quod
iustum est, iusta eius uoluntas non est. Eò ergo iniusta,
ac per hoc & mala est uoluntas, quo iustitia non con-
cordat. hæc ille. Eæ hereticus est Bernardus.

Propositio quinta.

Imperfecta charitas, siue sanitas mori-
turi, necessario secū fert magnū timorē
tātoq; maiore, quāto minor fuerit ipsa

Condemnatio Parisiensium.

Hæc propositio est falsa, temere & sine
ratione posita.

Confutatio condemnationis.

Textus est Gregorij: Qualis quisq; hinc egreditur,
tal is in iudicio apparebit. Quisquis autē in imperfecta Grego.
charitate dedit, non potest esse sine timore, quia quan-
to charitas minor est, tanto est timor maior. Et contra
ut in cap. Sicut de seca de poenitentia dist. 2. & est Au= De pñia,
gustinus super canoniam Ioannis. Etenim iuxta senten dist. 2.
tiam Ioannis, perfecta charitas foras mittit timorem, et 1. Ioh. 4.
timor non est in charitate. Quia ergo per imperfectam
charitatem in purgatoriū descendunt, timore intelliguntur animæ inibi detentæ.

Propositio sexta.

Pœna purgatoriū est paucior, & horror,
damnationis & inferni,

Condemnatio Parrisiensium.

Hęc propositio cū p̄cedēti, uel utraq; harum propositionum est falsa, temerarie & sine ratione posita.

Confutatio condemnationis.

Sapien.5. *Quod pauor & horror pœnæ sint, patet apud Sapi entem, ibi: Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatae salutis, gementes p̄ angustia. Et alibi: Nihil enim est timor, nisi p̄sumptionis adiutorium, perditio cogitatione auxiliorū.*
 Sapi.17. *Et dum ab initio minor est expectatio, maiorem p̄tat potentiam eius caussæ, de qua tormentum p̄st̄at Quod autem animæ in purgatorio timeant, horreant, paueantq; , sentiendum uidetur. Quapropter si utraq; harum propositionum est falsa, temerarie, & sine ratione posita, aliam desyderamus à Parisianis rationem, que ualidior sit.*

Propositio septima & octaua. Mar. L.

Probabile est animas purgatorijs p̄confusione nescire, quo statu sint, damnatę an saluatę, immo uidentur iā adire damnationē, & descendere in lacū.

Animę i purgatorio nihil aliud sentiūt q; incipere suā damnationē, nisi q; sensiūt nondū clausam post se portā inferi

Condemnatio Parrisiensium.

Vtracq̄ harum propositionū est falsa,
piarum aurum offensiua, uoluntarie
& irrationabiliter posita, & statui ani-
marum purgatoriū iniuriosa.

Propositio nona.

Omnes animē in purgatoriū descen-
dentes, sunt imperfecte fidei, seu sanis-
tatis, immo p̄ quantumcūq̄ oblationē
pœnarum, nō essent sanę, nisi prius ab
eis afferatur peccatum, id est imper-
fectio fidei, spei, & charitatis.

Condemnatio Parrisiensium.

Hęc propositio quantū ad omnes par-
tes est falsa, & temerarie asserta, ac fa-
nę scripturarum intelligentię dissona.

Confutatio condemnationis.

Scriptum est: Visita domine uine am istam, & per-
fice eam, quam plantauit dextera tua. Perficiat uine am, Psal. 79.
& purgat deus, quod patet in Euangelio. Omnem pal-
mitem in me non ferentem fructum, purgabit eum, ut Iohan. 15
fructum copiosiorem ferat. Et apud Matthæum: Ha-
bet uentilabrum in manu sua, & permundabit aream Matt. 3.
suam, & cōgregabit triticum in horreū suū. Super quo
uide Ambro. psal. 118. sermone. 3. Cum ergo anima pur Ambrofi.

gantur, charitate arte perficiuntur, nullam enim aliam purgationem intelligo animabus necessariam, quā hanc charitatis infusionem. Quod autem perfectio charitatis eis prius necessaria est, qui in poenarum ablato, inde fieri puto, quod ex imperfectione charitatis patiantur poenas, quae nequeunt tolli, nisi consummetur & s. metitur, unde & poen.e profluant. Sic ablata causa, & effectus cessat. Temerarie & stulte h.e propositiones de purgatorio diuinantes damnantur à Parrisiensis, quando nullā aliam scripturam adducūt, quae conuincat Lutheri opiniones stultas aut inceptas. Hic considerare debuissent Parrisiensi, Lutherum ne unam quidem sententiam asserturantius afferere, si doctior per quoscunq; euadere posset. Nam est protestatus (quod nemo infiaatur) se in hoc negotio nihil definire aut statuere, sed de dubitabilibus tantum disputatione, ut uos & doctissimos quosq; ad scribendum & doceendum elixeret, non decuit igitur pro assertis traducere. Suam ipse ignorantiam in genue fatur, quam quidem insatię confessionem supercilium uestrum non patitur. Sed queuis quantumuis recondita, quantumuis ignota, in questionem uertentes, audacter definitis ne nihil nescire videamus. Quod si hic in pertinacia inaderitis disputationi, necessum fuerit ab huiusmodi definitionibus domi uestrae exegitatis temperare, quippe que pertinacibus non satis facerent. Non de dignamur ignorare que memoriae nō prodidit diuinus.

spiritus. Videmus iam quam impudenter aut turpis luci gratia, aut ne temeraretur uestra theologica maiestas, mendacijs, technis, uersutijs, imposturis, circumuenti sumus ab istis qui Catonina gravitate uenerabiles, & barba & palliotenus sapientes nobis diuos quosdam & solomones exhibuerunt, cum tamen nihil fuerint minus. Quoties nostra scripta, & crumenas expilare a gressi sunt, nouis & effectis de purgatorio euiponationibus, quasi non magis pietate flectatur deus ad cōmiserationem, q̄ argenti pondere, quo sybaritarum luxū fecimus, quo effeminatorū mulierositati fomenta subministramus, quo omnis fastus, omnis uanitatis, omnis uenoris aestus prouocamus. Nam resipuerunt tandem quorum oculos præstigijs fasnarunt.

DE CONCILIIS GENERALIBVS.

Via iā nobis facta est, eneruandi autoritatē conciliarum, & libere cōtradicēdi eorū gestis, ac iudicādi eorū decreta,

Condemnatio Parisiensium.

Hec propositio, si uelit scriptor licitum esse cuiusī conciliij legittimi autoritatī contradicere, in ijs, que fidem et mores concernūt, est schismatica & heretica.

Confutatio condemnationis.

Non credo uerum consilium, quod sine uerbo ali-

quid statuere præsumit. Error enim est, quicquid contra scripturam decernitur. Et nullus sine uerbo dei est audiendus, secundum Hieronimum ad Galathas. 5. ubi dicit, nulli sine uerbo dei credendum esse. Spiritus sancti doctrina est, quæ canonias libris est prodita. Contra quam si quid statuant canonia, nephias duco. Nihil ergo minus est quam hereticus, qui cum uerbi dei autoritate canoniorum aut oratione reclamat. Quod sit canarium, & quid ei deferendum sit, quod sine uerbo dei conflatur.

Esaie 34. Esaies aperit: Vnde filii desertores, dicit dominus, ut faceretis canarium, & non ex me, ut ordiremini telam, & non per spiritum meum, & os meum non interrogatis. Canonia quæ os de mi uero interrogant, uerbum domini ex ore suo proferunt. Spiritus enim ex uerbo & prounudante procedit. Augustinus super Ioannem tractat. 49. Electa sunt, inquit, quæ scriberentur, quæ saluti credentium sufficiare uidebantur, tantum abest, ut non nulla sint futura canoniorum reseruata, quæ literis canonias non deprehendantur. Quid? an Apostolus errat,

2.Tim. 1. cum Thymotheo scribens, sacram scripturam, quam auctor perat hypotiposin appellat, unde petendum sit cuiusque rei maxime diuinæ iudicium? Et certe tam studiose in hoc incumbit Apostolus, ne alia admittant dogmata,

Galat. 1. ut sic scribit Galatis, qui se transulerunt ad aliud Euangelium, quam Paulus predicit: Verum, inquit, si nos aut angelus e ccelo praedicauerit uobis Euangelium præter

præter id qd' prædicauimus uobis, anathema sit. Quæ admodum ante diximus, & nunc iterum dico. Si quis 2. Iohā. 2.
 uobis prædicauerit Euangeliū præter id quo d' accepisti, anathema sit. Et Iohannes ueniet uetus, ne quorum= cunq; doctrinis aure, accommodaremus. Si quis, inquit uenit ad uos, & hanc doctrinam non adserit, ne recipiat is cum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit ei, aue, communicat opibus eius malis. Ecce nō est in do= num nostram admittendus, qui extra uerbum dei ali= quid adserat. Quibus motus rationibus Panormitanus Panormi= in ea. Significasti de electi. fiderenter dicit. Plus credendū tanus. uel similia layco, scripturam producenti, quam toti si= mul conatio, & non impie sentit uir ille. Verbum enim domini, conalijs non est subiectum, nec miror q; parcs ita instituerunt, quæ etiam longo usu obseruata, uim ac= coperunt legis. Nam propheta me terrefacit, ne legem aliquam putem solidam, quæ uerbo dei non astruatur, quia patres ira consuerunt. In præceptis patrum uestro= rum, inquit, Ezechiel, nolite inædere, & iudicá corum Ezecl. 20.
 nolite custodire, tantum in præceptis meis ambulate, & iudicá mea custodite, & facite e.t. Qui indiget sapi= entia, non consulat conalia, sed postulet a deo in fide nihil hesitans, qui dat omnibus affluerter, & non im= properat. Nolite, inquit, psaltes noster cōfidere in prin Psal. 145.
 apibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Solo Psal. 32.
 enim uerbo domini cœli firmati sunt, & spū oris eius

omnis uirtus eorum. Multi coegerunt concilia, sed non potuerunt stabilire, quia uerbum domini non exhibuerunt in conalium. Fæssat hic Palpus, quo pape suppaurasitamur, papam esse supra conalium, & excretetur uox eorum, qui uerbum domini conalijs commissum, & subditum garriunt. Papa non est illa clavis David,

T. f. i. 22. qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit.

1. Cor. 3. Fundamentum Christus Iesus est, & nemo potest aliud

Luce. 22 ponere, præter id quod possum est. Ego, dicit dominus, dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij uestrí. Evidem uel ab asina uerbum domini exapere non dēsignarer, nedum à papa uel homine. Hoc diceres magne pontifex, nō uerbis, sed

Roma. 15 ipsare, quod Apostolus dicit. Non audeo aliquid facere, quod per me non efficerit Christus. Efficiat Christus per te, si quod fas pontifex maxime, cum sacris literis, & uerbo dei recte coeat. Hoc dicaret conalium, si recte omnibus Christianis consuleret, non uerbis, sed effi-

Joh. 5. ciatur, quod ipse Christus, Non possum aliquid facere, quod non video patrem facientem. Si quod dearnit consilium uerbo domini declarat consonum, profecto id faciat quod uidet patrem facientem. Pater enim uerbum su-

Idem. um incarnatum (quod literis canonice descriptum habemus, sicut dicit. Scrutamini scripturas, & ille testimoniū perhibent de me) audiendum præcepit, dicens:

Mat. 3. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complaci-

tum est, ipsum audire, uolens nimirum ut omnia consule
ta uno Christo metiamur. Vbi nunc est autoritas con-
aliorum, quæ pro lege diuina obseruanda mandat, quic
quid statuat, cum a uerbi dei testimonio digrediuntur?
Quod autem Parrisiani in liminari Epistola uideri uo-
lunt apostolorum morem imitati fuisse, id insae & stu-
pide sunt commenti Actuum. 17. A postoli concudebant Act. 15.
ex scriptura Amos, Post hæc reuerter & reedificabo, Amos. 9.
&c. gentes non debere ex legis necessitate circumcidere, qua-
re hoc conalium non sine uerbo dei celebra batur. Cum
autem de abstinentia à suffocato & sanguine conalium
coegerent, suadebant tantum, non adiecta heres eos in-
famia, quod nunc nostri faciunt Episcopi. Ab his absti-
nere, hic certe aliquid defenire nō poterant, quum salua-
tor antea dixisset, Nō inquinare hominem quod pos in-
traret. Mat. 15.
Quod heres in nō infamabatur qui a suffocato &
sanguine nō temperabat, exinde liquet, quod & nos ho-
die ab eisdem nō abstinemus, uerbum domini manet in
eternum, fraterna tantum charitas, hoc apostolicū exi-
git institutum, nō legis exactio. Ita Apostolus, de uirgo-
nibus, inquit, præceptum domini nō habeo, consiliū aut 1. Cor. 7.
do. In alijs autem confidenter locutus, euangelium tradit
quod nō ab homine dcepisset.

Propositio Secunda.

Certū ē iter articulos Iohānis Hus uel
Bohemorū multos esse plane Christianos.

nissimos & euāgelicos, quos nō possit
aniuersalīs ecclesī cōdemnare.

Condemnatio Parrisenſium.

Hæc ppositio loquēdo de articulis con-
dēnatis, de quib⁹ intendit scriptor, est
falsa, īmpia, & sacris cōcilij iniuria.

Confutatio condemnationis.

Articulus est Euangelicus (quicquid sit statuendum)

Mat. 7. de conilio Constantienſi) Non potest arbor mala, fru-
ctus bonos facere, neq; arbor bona, fructus malos ede-
re. Que sit arbor mali, & que bona, seruator indicat.

Lu. 6. Bonus de bono theſauro cordis ſui profert bonum, *Ma-*
z. Cor. 10. Iulus homo, de malo theſauro, facit malum. De his qui bo-
na arbor appellantur, & boni ſunt, dicit A poſtulus. Si-
ue editis, ſive bibitis, omnia in gloriam dei facite. Et ali-

Ro. 8. bi, Nihil damnationis eſt hiſ, que in ſuſi ſunt Christo Ie-
Roma. 13 ſu. Et alio in loco, Diligentibus dcum, omnia cooperan-
tur in bonum hiſ qui ſecundum propositum uocati ſunt
ſancti. De mala arbore paſſim ſcriptura commeninit.

Iohā. 9. Peccatores deus non exaudit, Viſtme impiorum abho-

Pro. 15. minabiles domino Peccatori dixit deus, Quare tu enar-

Pſ. il. 49. ras iuſtitias meas &c. Ut iuſtis omnia cooperatur in bo-
num, qui quamvis ſepties in die cadant, toties tamen re-
ſurgunt, ita iuſtis & immundis, nihil eſt mundum, ni-

hil imputatur ad meritum. Ecclesiasticus utrorumq; ſta-

tum complexus diat in hæc uerba. Bona bonis creata Eccl.36
 sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala. Initium ne
 cessariæ rei uitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal,
 lac, & panis similagineus, & mel, botrus, uitæ & oleum
 & uestimenta. H.ec omnia ut sanctis in bona, sic impijs
 & peccatoribus in mala conuententur. Articulus item
 Christianus est. Elegit nos deus ante constitutionem mun. Ephe.1.
 di, ut essemus sancti & immaculati coram eo qui nume-
 rat multitudinem stell.rum. Vnde Augustinus Epistola Augsti.
 606. Nouit quippe ille quid agat, & quantus numerus
 esse debeat eorum primitus omnium hominum, deinde
 sanctorum sicut siderū. Idem si Iohā. tracta. Omnia no- Augsti.
 mina sanctorum saebat, quos ante mundi constitutionem Iohā. 13.
 prædestinavit. Et salvator, Ego sāo quos elegi. Quis 10. & 13
 quas dedit mihi pater, nemo potest capere de manibus
 meis. Et quos dedisti mihi non perdi di ex eis quicquam. 1. Ioh. 2.
 Et Iohannes de his loquens qui defecabant ē cœtu Apo-
 stolorum, Non fuerunt, inquit, ex nobis, Quod si fuissent
 ex uobis, mansissent utiq; uobiscū. Articulus etiā
 Catholicus est q; una est sancta Ecclesia catholicæ, de
 qua mali præsatii non sunt, de quo in capi. In ecclesia.
 dist. 1. Quippe qui sunt eiusdem ecclesiæ catholicæ mē- Dist. 1.
 bra, ut in cap. est unitas. de cōsecra. dist. 4. Augustinus Augsti.
 in Iohannē tractatu. 76. Raptiores solos si dicam, mem- Dis. 4. de
 bra acipitris possunt esse, non columbae. Et quod iam consecra.
 at auimus nō fuerunt ex nobis, qui si fuissent. &c. H.ec est 1. Ioh. 2.

ecclesia illa unica, sancta ecclesia catholica, sanctorum uidelicet communio. Ecclesia haec militas utriusque generis complectitur bonos & malos, ex omni genere pisaū aggregata, quae purgabitur ut area, in extremi examinationis hora, cum traditur est dominus regnum ecclesiae suae, deo & patri, se patiis ouibus ab hedis graue olenibus. Adde hic proximo loco subiecta.

Propositio Tertia.

Isti duo articuli Vnica est sancta uniuersalis ecclesia, quae est prædestinatorum universitas, & uniuersalis sancta ecclesia, tam est una, sicut tantum est unus numerus prædestinatoꝝ, non sunt Iohannis Hus, sed Augustini super Iohannem.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc ppositio ad Hussitarum intelligentium, est falsa Augustino attributa, articuli autem loquendo de ecclesia militate, de qua ibi fit sermo, sunt propositiones hæreticæ.

Confutatio condemnationis.

Parrisanorum esset Hussitarum intelligentiam edocere, & quomodo Augustino falsum attribuat Lutherus, si candidi essent ueritatis amatores. An putant suam uoluntatem pro ratione esse satis? Errant si id crea-

dunt. Ex superioribus articulis claret, unam esse sunt
 etiam ecclesiam catholicam uniuersalem, que sit præde-
 stinorum uniuersitas, & eam tantum unam esse, sicut
 tantum unus est prædestinorum numerus. Quod si hec
 hæretica sit propositio, ut quæ iuri diuino sit aduersa,
 & repugnet, enixe precor. M. N. ut hoc doare nō de-
 dignentur. A postolus non mentitur, Firmum fundamen-
 tum dei stat, habens signaculū hoc. Cognouit dominus
 qui sunt eius. Ita in Caticis: Unica est columba mea, p= 2. Tim. 2.
 facta mea, una est matri suæ, de cuius unix sponsæ Ec-
 clesiæ puritate, quæ ex prædestinatis conflata est, dicit
 scriptura. Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, Ephe. 5.
 non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huius-
 modi, ut sit sancta & immaculata, quæ ab Augustino Aug. 31.
 Hierusalem nuncupatur in prohemio Psalmi. 64. Hæc
 accepit exordium per Abelem, sicut Babylō per Cain,
 Quæ duæ urbes ætis temporibus conditæ sunt, quo de-
 claretur figura duarum ciuitatum, iam olim cœptarū &
 in finem huius sæculi mansurarum. At in finem tamē sc= p=
 paradarum, cum scilicet segregaturus est dominus oves
 ab hedis. Audisti ne Augustinum: Hic Hierusalem ec-
 clesiam predestinatorū & impiorum conuentū, babylō
 na nuncupantem.

Propositio Quartæ.

Iste articulus, duæ naturæ diuinitas &
 hūanitas sunt vñus christus, ē a catho-

licis cōcedendis. Et similiter ille. Diuisio humanorū operū est, q̄ sunt uirtuoſa uel uitiosa, quia si homo est uitiosus & agit quicq̄, uitioſe agit, & si ē uirtuosus, & agit quicq̄, uirtuoſe agit.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc ppositio est falsa, & ex ignoratiā ueræ theologiæ asserta, primus aut illo rū articulorū, scilicet, duæ naturæ &c. est ppositio hæretica, secundus uero, sci licet, diuisio humanorū operū &c. est ppositio sapiēs hæresim.

Confutatio condemnationis.

Athana. Hanc sāo Athanasio attribui. Sicut anima rationa lis, & caro unus est homo, ita deus & homo, unus est Christus. Sed forte hic cauillum habent argutuli & aptiosi sophistæ, in diuinitatis & humanitatis vocabulo, quare hunc articulum prætreo. Quantum attinet ad posteriorem partem propositionis, nō puto synæriorem aut ueriorem dari posse, quam hanc humanorum operum bimembrem diuisionem. Iuxta illud, qđ citatum est sc̄mel, atq; iterum, Non potest arbor mala &c. De actibus neutrīs, que somniāt, nec placent pijs mentibus, nec sacris literis, quod sāam consonant, habeat iustus ille Aristotelicus, qui dicitur moraliter bonus, & tam

beatitudinem, quam sibi & suis studiosis tribuit Aristoteles ille deus gentilicus. Evidem non inuidco Aristoteles, ut paternae felicitatis sim particeps, quos praestare rectius sapientes, & ueram germanamq; ascendere beatitudinem. Demiror theologorum supinam stipiditatem, quod hunc bonum uocant, qui ob actus illos humano tantum iudicio bonos, bonum uirum prese ferat, id quod indigne ferendum est, ib omnibus Christianis, qui feliciter edocti, neminem bonum saunt, nisi solum deum, idq; ex Euangelij testimonio, aut si qui boni nomen mereantur, id communioni bonitatis a deo collatum habent, gratuita dei benevolentia. Et miseri nesciunt in humanis operibus discernendis omnino falli nostram censuram, in quos etiam conueniunt, quae dicuntur in stulos, caudex, stipes, plumbeus, ut est apud Comicus. In operibus enim nostris, quantilibet etiam appearant uirtuosa, partim hypocrisis, praesentissima nostra carnis pestis, sicutum faciat humanis obtutibus. Item manus illa gloria, & sui quedam complacentia, in medijs ipsis uirtutibus, ueluti hydra herculana insidians, oculis nostris, glaucoma obducat, deinde Pelagiana labes, qua nonnullam bonorum operum portionem libero arbitrio, & nobis uendicamus, dona nusq; humana censuram enervat, & aequilibrium in aequaliter propendere facit. Hec cuncta linearis oculis aduertere, & pensiculatiuexpendere, ut solius est dei, qui renes probat

Mat. 19.

& corda, ita & fieri non potest, quin in estimandis hominum operibus hallucinemur, quippe qui faciem tantum accipientes, non intuemur id quod pœnitius & reconditus latens, opera nostra reddit uegetiora, prauiora aut commendabiliora, quo fit, ut ferè prepostere iudicet humana ratio opera hominum. Diuus Hieronymus

Hiero. ad Galatas. Bipartitos illos carnis & spiritus fructus recesset. Nō tam de hominibus, inquit, quam de fructibus

Mat. 7. carnis & spiritus arbitror pronuntiatum. Non potest arbor bona, fructus adferre malos, quia nec unquam spiritus præter cauitia, quæ in carnis operibus enumerata sunt facere, nec caro potest his fructibus, quæ ex spiritu oriuntur redundare, potest autem fieri per negligientiam possidentis, ut spiritus qui uersetur in homine fructus non habet suos. Et econtrario caro operibus suis mortificatis peccare desistat, non tamen illo usq; procedunt, ut arbor neglecta spiritus, opera carnis adferat,

& arbor carnis exculta, fructus germinet spirituales.

Hæc ille. Arborem malam, malos fructus edere, & bonam arborem minime acerbos fructus parere. Augustinus nobis inde commonstrat in Iohannē tracta. 7. Nisi

Gene. 4. esset charitas, inquit, in Abel, non aciperet deus sacrificium eius. Cōtra Cayn sacrificiū abominatione deo fuerat, quia charitas defuerat. Cum autem ambo obtulissent, hic de fructibus terræ, ille de foetibus ouium, quid putatis fratres, quia dominus fructus terræ neglexit, & foetus

ouium dilexit? Non intendit deus ad munus, sed in corde uidet. Et quem in charitate offerre uidit, huius sacrificium respexit, quem autem uidit cum iniuria offerre, ab huius sacrificio oculos auertit. Opera ergo bona non dicit nisi charitatem, opera autem mala non dicit nisi odium fratrum. Hec Augustinus. O neutrals Aristotelia, o mendiorum operum theologi, ubi opera mediata aut neutra? Respiat ne deus ea, an non respiciat? Si respiciat, bona sunt, non quia a nobis profecta, sed quia per charitatem nobis gratis donata. Si non respiciat, consequaneum est ut mala sim. Quia Augustino teste contra Iulianum lib. 4. Augustinus in expi. 3. quod bonum est, bono disciplare non potest, et quia filius irae non facit nisi opera irae. Filius autem ire est, quem deus charitate non beauit. Quare replico quod dixi, Aut facite arborē bonā, et fructū eius bonum aut malum, et fructus eius malos. Arbor, inquit, Augustinus in sermone. 2. in morte ipsa est anima, fructus uero opera hominis. Non ergo potest malus homo bona operari, neque bonus mala. Sed malus si uult bona operari, si at prius bonus, sicut in alio ait loco euidentius ipse dominus dicit, Aut facite arborē bonam &c. Quādū ergo Mat. 12. aliquis malus est, non potest fructus facere bonos. Si enim fructus bonos fecerit, iam malus non erit. Sic non potest nix esse calida, cum enim calida esse coepit, non iam eam niuem, sed aquam uocamus. Potest ergo fieri ut que nix fuit non sit, non autem potest fieri ut nix calida

Augusti. da sit. Sic potest fieri ut qui malus fuit non sit malus, nō tamē fieri potest ut malus benefaciat. Hęc Augustinus.

Quid his uerbis lucidius. Idem quoq; loquens de his Aristotelicis operibus Psal. 30. pura ea ipsa declarat es- se peccata. Iactet, inquiens, impius opera sua, dicat, do pauperibus, nihil alicui aufero, non uxorem alienam concupisco, non quenquam occido, nulli fraudem facio, depositum apud me nullo teste represento. hęc omnia di- cat, quero utrum pius sit an impius? Et quomodo sum impius, inquit, ista faciens?

Roma. 1. Quomodo illi de quibus di- cūtum est, Seruierunt creaturę potius, quam creatori, qui est benedictus in secula. Quomodo non est impius? Quid si de omnibus bonis operibus, aut illud sperat qđ sperandum est, sed non ab illo à quo sperandum est, aut hoc speras quod sperandum nō est, etiam ab illo, à quo æterna uitæ speranda est. Pro bonis operibus sperasti terrenam quandam felicitatem, impius es. Non est ista merces fidei, chara res est fides, uili illam adduxisti, im-

3. Reg. 18 pius ergo es, & nulli sunt opa tua. Hęc Augusti. Exe- cratur per os prophetae Heliæ eos qui utroq; pede clau- dicant, id est, qui simul uolunt uiuere in carne, & qui deo uolunt placere, id quod Aristotelia boni uiri sibi stu-

Apoc. 3. dio habent, & dum utrungq; male conantur, in utroq;

Mat. 7. claudicant. Et sit ut dominus euomat eos, ut qui neq; ex lidi sint neq; frigidi, sed tepidi. Aut facite ergo arborem bonam, & fructus eius bonos, quod faciunt quicūq; in

fide Christi mortificant opera carnis. Aut facite arborem malam, & fructus malos edite, quod faciunt, quicunque per obsequium affectuum in exitum tendunt. Aut mundo crucifixi cum Christo, si uoles cum Christo regnare. Aut carnis desideria perficiens, diaboli futurus es manus apium. Qui hic media opera intercedunt non video. Ut tandem post uerbosam annotationem receptui cauam, opinor Paulum, & totam simul scripturam ab istis aristarchis theologis infamari, cum hanc ppositionem tam sedatio[n]e traducunt herescos.

DE SPE.

Spes non prouenit ex meritis.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc ppositio est falsa, præsumptionis induciva, ac sacris scripturis difformis.

Confutatio condemnationis.

Opinor omnibus constare spem non esse ante fidem, Alioquin præsumptio esset, sperare de eo, cui non creditatur. Ante fidem non est bonū opus. Vnde Augustinus Psal. 30. Ea ipsa opera, quæ dicuntur ante fidem, quamvis videantur ab hominibus laudabilia, inanis sunt. Ita mihi uidentur esse, ut magne uires, & cursus ælterrimus preter uiam. Nemo ergo computet, bona opera sua ante fidem, ubi fides non erat, bonum opus non erat. Hæc ille. Ex quibus consequitur, bona opera non esse ante fidem & spem. Nam qua fronte, & quo iure accedam

Augusti.

rogaturus aliquem, apud quem credam me non exauditum iri, nec sperarem me uotis potiturum. Fides præedit bonum opus, & spes consequitur fidem. Nisi diuine clementiae credulus, non possum ex animo sperare, sic ergo procedunt opera bona ex fide & spe. Quare concludo, non prouenit spes ex meritis, quia ante spem nō sunt merita, sed ex fide & benignitate & clemētia salvatoris, cuius dona sunt gratuita, fides, spes & ipsa opera. Interea nō diffiteor quin spes & fides ex operibus dinoſantur, probentur, & manifestentur, cuius generis sint quemadmodum arborum præium de fructibus dignosatur. Diuus Hieronymus in epistola ad Galatas: Nec mirum, inquit, si spes in hoc catalogo non referatur, cum in fide sit quot speratur, & ita eam Apostolus describens Hebreis definiat, Est autem fides rerum sperandarū substantia argumentum necedum apparentium. Siquidem id quot speramus esse uenturum, & necedum est in præsenti fide possidemus. Sperantes nos tenere quod credimus. Quod si hæc propositio est præsumptionis induictua, eximant. M. N. Augustinum cū Hieronymo ab eadem nota, imo & seipso suosq; scholasticos rabinos. Nam ipsimet confitentur fidem, spem, charitatem, infusas esse uirtutes, & principia omnium bonorum. Neq; enim ipsi merita ante charitatem fieri dicunt, tamen cum charitate simul infundi spem & fidem constanter asserunt, ergo corum quoq; sententia, spem

Hiero.

Heb.ii.

non ex meritis, sed merita ex spe prouenire certum est.
 Et tamen spem definientes uertunt hanc sententiam
 sibiq; contradicunt, spem ex meritis producentes. Sed
 & illud expiant. Spes solum ex meritis puenit, nullus
 ergo peccator sperabit, sed solus iustus meritorum ple-
 nus, Quis tum ad poenitentiam conuertetur? Vbi erit
 iustus, si nullus peccator poenitiat? Aut quō penitentia
 nisi speret misericordiam dei? An diandū est morituro
 peccatori? Absit a te, noli sperare, non habes merita, ex
 quibus tibi spes posset prouenire? Vide quo redigat hæc
 doctorum deplorata cætas.

DE POENA HERETICORVM.

Hæreticos comburi est contra uolun-
 tam spiritus.

Condemnatio Parisiensium.

Hæc p̄positio est falsa, cōtra uoluntatē
 spiritus diuini asserta, & errori Catha-
 rū, & Valdensium cōsona.

Confutatio condemnationis.

Quicquid est contra uerbum dei, est contra uolun-
 tam spiritus, hæreticos comburi, est contra uerbum
 dei, aut certe non cum uerbo dei. Subsumptum proba-
 tur per hoc. Sinite utraq; crescere. Quod uerbi Hiero- Mat.13.
 nymus, de hæreticiis omnino ferendis exponit. Et ad Ga Hiero.
 la. Apostolus. Fratres, si preoccupatus fuerit homo in Gala.6.

- Augusti.** aliquo delicto &c. ne & tu tenteris. Non est enim pecatum, quod fecit homo, ait Augustinus, quod non posset facere alter homo, si deus desit. Sic si spirituales sumus, magis cogitare deberimus, quomodo scrueamus peccatorem, quam quomodo padamus. Et alibi Apostolus, Secundum auroram, quem hereticum vocamus post unam & alteram admonitionem fuge, sciens quod eversus est, qui huiusmodi est, ut peccet per se damnatus. Non dicit preme, urge, perde, denique ignibus exure. Supportate iniuriam, ait, in charitate. Ipse deus benignus est, qui plus it super iustos & iniustos, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Itidem & nos debemus non immitis esse erga proximos. Quod si omnino indignus est, cui benefiat, hereticus, ne tamen dignum est, quisquis Christianum geris peccatis ut non male huic praeeris. Sic enim Hieronymus ad Gala. 4. in fine. Nunquam spiritualis persecutur carnales, sed ignorat ei, quasi rustico fratri, sat enim posse proficere ad tempus. Et si quando Aegipti filium uiderit irascentem, recordatur unius patris, qui lucem, boues creauerit, & culicem. Ita etiam respondet Pelagio, hereticum hominem, ex prescripto Apostoli uitare didici, non igni tradere. Quem in modum Timotheo Apostolus, Scrivum dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, corripiuentem, non perdentem, non occidentem eos qui resistunt ueritati. Ne quando det deus illis poenitentiam. & resipiscant a diaboli
- Titum. 3.**
- Mat. 5.**
- Hiero.**
- 2. Timo. 3.**

diaboli laqueis. Alioqui si deus tam promptus esset ad perdendos sibi inimicos, quam inendiarij isti inquisitores hæretici, sanguisugæ sunt, olim omnes perissemus, quos omnes, teste Paulo, concludit sub peccato, ut omnium miseretur. Ab his igitur pietatis exemplis, quanto rectius fuerit ne ad latum quidem culnum discedere.

Cuius rei gratia Hieronymus psalm. 7. Qui se, inquit, Hieron. in Christo dicit credere, debet quomodo ille ambulauit 3. Iohā. 2. & ipse ambulare. Non enim uenit ut cæderet, sed ut cæderetur. Non dedit aliam, sed accepit. Non crucifixit, sed crucifixus est. Non alios occidit, sed ipse passus est. Qui cæditur, Christum imitatur, qui uero cædit Antichristum. Hactenus ille. De eodem quoque domino scriptum est: Arundinem comminutam non confringet Esaie. 42. id est, exponente Hieronymo in Matth. porrigit nam Hierarchy. num peccatori, & portabit onus fratrum suorum. Et lumen sumigans non extinguet, id est, iuxta eundem, modicam fidem in paruis non extinguet. Vtriusque iam sint imitatores, Christi ne an Antichristi, qui flammæ, igne, mortem, spirant, clamant, inferunt, Hieronymus explicavit. Quoniam ergo parum est christianum feritate plusquam militari, rabie plusquam canina, inclemencia plusquam tyrannica, in palabundam ouem grassari, inter miserum deseuire, & in deploratum & reiectum à deo hominem irruere, dominus de hoc cum pastoribus, qui passæ:

O

Ezec. 34. re debuerant, non interimere, expostulat apud Ezechiēlē; Vae pastoribus Israēl, qui pāſtabant ſemetipſos etc. Quod confractum eſt, non alligastis, quod abicctum erat, non reduxistis, & quod pericerat, non quæfistis, ſed cum auſteritate & potentia imperabatis eis. Auditis auſteritatem, auditis potentiam, incendiarij inquifitores? His tantum armis, uiolentiā et potentia, non uino & oleo ſemiuuum in latrones delapſum, iugulatis, auſteri & potentes hominidē, non prius muſſuri cutem, quam pleni cruoris libidinem uestrā ſanguinarij exactionis. Qui gladio ferit, & gladio referietur. Diuus Paulus haereticos Sathāne tradidit, imō iam ſeſe Sathanā emanāpauerant, dum refiſſerent, non deleuit, non exuſſit ignibus, nec flaminis coercuit, ut ad defertas oculas redirent. Qui ubi poenitentē reconciliabantur ecclēſiae, reſtituebantur in integrum. Dominus Iesuſ peccatorem à uia ſua mala reuertentem non aspernatur, imō patientia dei ad poenitentiam, hos dīo qui adduāt haereticos, quorum exadiūm p̄emature fortiſſe uos anteuertitis. Dominus Iesuſ Iudam ſuum proditorem (ſi quisquam aliis haereticum) magna fouit clementia, incredibili demerebatur humanitate, chara amplectebatur munificētia, dum hunc tolleraret, dum oſcularetur, dum p̄eſectum conſtitueret ſuę familie, quem poſt in ipſo proditionis articulo, blande quam potuit amicię uocat-

Matt. 26.
1. Cori. 5.

DE OBSERVATIONE LEGALIVM.

212

bulo appellauit, quo uel tandem resipisaret, clementia commotus, humanitate uictus, munificentia superatus, tantu abest, ut iracundie mucronem in eum exiceret, aut malu daret Sed heus quo progredior mei instituti iā penē oblitus? perge itaq; superius, ubi de exactione ad fidē egimus, nonnulla diximus ad hūc locū pertinencia

DE OBSERVATIONE

LEGALIVM.

Licet opera legis quęcūq; fieri, si ea requirat charitas fraterna, modo non legē cogente, quo casu licet etiam modo circuncidi sine periculo, & cum multo merito.

Condemnatio Parrisiensium.

Hec ppositio est christianę legi inimica, Iudaice perfidię fauens, & heretica

Confutatio condemnationis.

Dicit Apostolus: Neq; arcunatio est aliquid, neq; pr̄eputium, sed obseruatio mandatorum dei. Vos in libertatem uocati estis, tantum ne libertatem detis in occasionem carnis. Est libertas ista, in quam per Christum uocati sumus, qua nulli prorsus externo operi sumus obligati, sed liberi ad quilibet, uerum in occasionem carni dat hanc libertatem, qui huius libertatis occasione in=

Gala. 5.

termittit opera quæ christiana fraternitas expostulat, aut qui facit opera per quæ offendatur pax fraterna. Proinde non fauet Iudaice perfidiae hec propositio, quippe quæ non statuat legalia ad salutem necessario seruanda, id quod Iudaica perfidia mordicus tuctur, sed tantum significat nihil prohibere, quin sint licita, ut fiat sine peccato, immo cum magno merito, cum fraterna charitas ea requirat, & si non tanq; lege exactore huc feraris.

Augustin

Act. 16.

Gala. 5.

1. Cor. 9.

Augustinus uestro iudicio est christiane legis inimicus, q; in Epistola ad Hieronimum, excusat Apostolum, qui aliquando arcuadisset Timoth.eum in lege grati.e, legalibus cœssantibus, cu id compaticientis affectu fecerit, nō mentientis astu. Vnde & in eadem epistola in mediū atans illud Pauli: Si arcuadamini, Christus uobis nihil proderit. Decepit ergo, ait, Timoth.eum, et fact ut nihil prodeisset ei Christus. Eis itaq; dictu est, si arcuadamini, qui propterea uolebant arcuadi, q; aliter se putabant in Christo salvos esse nō posse. Hec Aug. Et ipse Paulus de se testatur: Factus sum Iudeis, tanq; Iudeus, ut Iudeos lucrifacrem, His qui sub lege sunt, quasi sub lege e ssim, cū nō e ssim sub lege. Idq; fecit hac ratione, ut utrosq; lucrifacret, quia utrisq; debebat charitatē, de corde puro, consciēti.bona, & fide nō ficta. Qui ergo in casu propositionis arcuaderet, aut aliud opus legis facret, sponte & liberaliter, non legis cogēt.

tis ratione , sed tantum impendende charitatis gratia,
non peccaret, nec esset hereticus , ut qui ueritati scrip-
turæ non esset iniurius . Apostolus scribens ad Corint. 1. Cor. 3.
de idolothitis disserit ad eum modum , quem hic de ar-
cūaſione et alijs legalibus obſeruandis ſeruauimus, præ-
dicans in primis charitate fratern.e ſtudendum.

DE BELLO CONTRA TVRCAS.

Prēliari aduersus Turcas, est repugna
re deo, uifitati iniqtates noſtras p illos
Condemnatio Parrifiensium .

Hęc propositio uniuersaliter intellecta,
est falſa, nec facris eloquijſ conformis.

Confutatio condemnationis.

Intellecta ergo Christi Seruatoris noſtri propositio Matt. 5.
uniuerſaliter est falſa: Diligit e inimicos ueſtros , & be-
neſaute hiſ qui uos oderunt , & orate pro perſequenti-
bus & calumniarib⁹ uos, ut ſitis filij patris ueſtri qui
in cœlis eſt , qui ſolem ſuum oriri faat ſuper bonos &
malos. Si filius patris nō cupiſ eſſe, nihil ad te h.ec per-
tinebunt. Si diligitiſ eos, qui uos diligunt , quam mer-
adem habebitiſ? Si benefacitiſ, qui de uobis bene meriti
ſunt, que gratia uobis? A poſtoliſ Turcas non ſecludit Galat. 5.
dum tempus habemus , opeſemur bonum, tum ad om-
nes, tum maxime ad domestiſ fiduci. Non doceat perden-

*dos & expugnandos, qui non sint domestici fidei, sed
vult etiam de his bene mereamur, ut eos benefactis no-*

Marc. 16. *bis conaliemus. Ita Scrivator mandat: Prædicate Euange-
lium omni creature. An Turca non est dei creatura? È
Euangelium eis annunciatum præcepit, non damnum
inferendum, nec bellorum tumultibus concruiendos.*

Mat. 10. *Quod si qui uos non reçeperint, inquit, executite puluc-
rem de pedibus uestris, per quod indignos testimini uer-
bo dei, & condemnationis reos, Non dixit tamen, cæ-*

Lucæ. 6. *dite, perdite, iugulate, cum non audiant Euangelij nun-
ciatum. Humana patiebantur, & male audiebant à domi-
no Ioannes & Iacobus, cum exemplo Heliæ, ignem de
cælo optarent descendere super Samaritanos Christum
non recipentes, quos increpauit dominus: Nesatis, in-
quit, cuius spiritus filij sitis. Filius hominis non uenit
ad perdendas animas, sed ad seruandas. Cuius exemplo
nec uobis liberum esse potest tyrannica ui & oppres-
sione, ecclesiæ hostes in religionem nostran affrere. Si
sumus spirituales, faciamus quod spiritualium interest.
Spirituales à Spiritu paracletu dcnominamur. Console-
mur ergo, non affligamus, patrocinemur, non inuada-
mus, mutius agamus, non conatemus. Quid Petrus audie-*

Mat. 26. *rit cum Turcæ illi Iudeorum ipsam ueritatem compræ-
hensi accurrerant ferocietes, quod sasataretur à do-
mino, num gladio feriendi essent, nemo nefat. Non est*

abbreviata manus domini , nostrarum uirium nihil est
indigat, habet enim si urgeat necessitas , ut p[ro]ij vindicentur
angelorum numerosas copias , sibi in ministerium de-
uotatas , è quibus uel unus in Asiriorum istorum castris
ferire potens est , centum octoginta millia , idq[ue] momen-
taneo adeo temporis spatio . Sed infideles filij firmiter
animo non destinant adhuc patrem uiuere , uerum iu-
diæ & iniuriarum uindictam , quod carneis oculis non
conspiciatur . Hunc autem armorum usum ubi Christus
prescripsit suis , quem iam uidemus toto terrarum orbe ,
& apud Christianos insigniter celebrem & familiarē ,
nō tam terrenæ ditionis principibus , quam Episcopis et
summis Pontificibus ? Quis regum presentium aut pre-
donum , ita ob pecuniarium questum magna cum in-
fidelitate & periurij criminē , tam leviter fraudulen-
terq[ue] monasteria vulcano tradidit , utriusq[ue] sexus religi-
osas sacerdotalesq[ue] personas compediuit , ut huius qui-
dam tempestatis Episcopus ? Aliam reperio Christiani
militis armaturam spiritualem qua efficacissime expu-
gnati sunt hostes crucis Christi , quos nobis dominus da-
dit , in materiam & segetem uirtutum , quod si eos clemen-
tia nobis quantum datum esset adiungeremus , si conali-
aremus patientiæ insignibus , deuinaremus pietatis offi-
cijs , sic futurum sperarem , ut in Christianissimum asse-
rantur , quem religionis & Christianæ pacis splendo-

z. Par. 32

O 4.

rem, quia in nobis non aduertunt, non mirum si illis ludibrio sumus & ignominiae. Quod si omnino armis et bellico tumultu animus est in hostes irruere, age dum non longe ad exterios petenda belli seminaria, cum hostibus nostris domesticis, & plusquam familiaribus iugem conflictum ingrediamur, cum his acriter depugnemus quibus commissi si uictores discedimus serio triumphare licet, plaudere licet. Hi cum inuisibles sint hostes & spirituales, spiritualibus praesidijs sunt propulsandi, abigendiq; nempe scuto fidei, galea salutis, torace iustitiae, gladio spiritus, quod est uerbum dei. Hæc est insignis & nunquam satis laudata Christiani militis armatura. Hæc pugna Christiano digna, hanc Christus uenit mittere in terram, aliam non nouit christiana religio. Huic nomen dedimus, huic in auctorati sumus, dum dominaria in sacro fonte ab ipso duce Christo acceptimus, dominaria in quam gratiae baptismo collata. Stultum est Turcas bello petere, qui corpori possunt tantum incommodeare, præteritis & neglectis his hostibus quouis Turca longe præsentioribus, qui in anime nostræ penetrabilius, tyrannidem suam exercere non desistant, qua non tantum rem perdunt & corpus, quod alioquin promptu oī exponere debemus Christi amore, quin & animam conficiunt uilnere immedicabili, nisi succurratur, nisi aduigiletur in tempore. Et ut libere animum meum

DE IMMVNITATE ECCLESIAST.

219

aperiam hoc aperte de me prædico, q[uod] tam inuitus Turcam gladio impeterem, quanum christianum fratrem. Non dum enim audiui sacra eloquia, quibus hec Lutheri sententia non sit conformis, sed satis ac super his immorati sumus, ad alia accangamur.

DE IMMVNITATE ECCLESIASTICORVM.

Si Imperator uel principes reuocent libertatem datam personis & rebus ecclesiasticorum, nō potest eis resisti sine peccato & impietate,

Condemnatio Parrisiensium.

Hec ppositio est falsa, ipia schismatica libertatis ecclesiastice eneuatiua, ac ipsi pietatis tyranicę excitatiua & nuſtiua.

Confutatio condemnationis.

Patientiam & omnium malorum toleratiām nobis commendant sacræ literæ. Sed si beneficētes pati enter sustinetis, h[oc] ec[cl] est gratia apud deum, In hoc enim uocati estis, quia Christus passus est pro uobis &c. Et alibi: Chariſimi, nolite peregrinari in feruore q[uod] ad tentationem uobis fit, quasi noui aliquid contingat uobis, sed communicantes Christi passionibus, gaudete, ut reuelatione gloriæ dei gaudeatis, exultantes. Et Aposto-

i. Petri. 2

i. Petri. 4

O 5

Roma. 12. lus: Vos inuidam non defendentes charissimi, sed date lo-
 cum iræ: Scriptum est enim, mihi vindicta, et ego re=tribuam. Et apud Petrum: Non retaliantes malum pro malo, aut conuidium conuidio, sed contra benedictentes, saecles uos in hoc uocatos esse, ut benedictionem here=ditate possideatis. Sic omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, opus est, ut persecutionem patiantur, quod Paulus ait. Item ipse Scrutator: In patientia uestra possi=debitis animas uestras, non vindictæ cupiditate, non in malorum deprecationibus, non in defensione uestri. Omnia scrum se fecit Apostolus, ut omnes Christo lucris aceret. Christus ipse uenit ministerator, Apostoli accumbebant. Vos qui Christi uices geritis, quid minus impenditis accumbentibus, quam uerbi ministerium? At sic Apostolorum successores exprimitis? Christus uenerat, ut ministraret, non ut sibi ministraretur, uobis nisi religiose admodum et pompatæ administretur ex communicatione, tyrannide protinus in ouiculas irrui=tis, perdentes maestantes. Christus imperij fasces repudiavit, cum in regem adoptaretur a popularibus, uos præpostero adeò ordine quasi pro foas, et aris dimicantes, etiam quouis Turca sciuiores, et gentili gentiliores, cum summis principibus ambitione, et imperitandi li=bidine contenditis. Christus regnum suum non esse de hoc mundo attestatur. Vos patrimonium Petri, cui au=

Deut. 32.
 1. Petri. 3.
 2. Tim. 3.
 Luce. 21.
 1. Cor. 9.
 Iohann. 13.
 Iohann. 6.
 Iohann. 13.

rum & argenum non erat, appellatis terrenam urbi-
 um, & regnum ditionem. An nefatis quod qui se hic
 exaltat, humiliabitur? Si ut titulum Christi geritis, ita
 & gloriā desideratis, cur non glorie contemptū po-
 tius ad eam citato gradu properatis? Christi autem glo-
 riā, non propriæ glorie studio, sed contemptus in
 depturi. Si gloriā meā quero, dicit ille, uerū anima-
 rum nostrarum Episcopus, gloria mea nihil est. Sic tan-
 tum contemptū terreni fastigij reges dominabimur, apud
 mundanos inglorij, in regno patris purpurati reside-
 bimus. Hic stulti facti, sapientia clari in regno patris
 enitebimus. Hieremias ille uates eadem nota schismatis
 culpatur, quam in Lutherum impingitis, clamans ac
 prædicans: Tradendo tradetur auitas hec in manu ex-
 eratus regis Babylonis, & capient eam, de uita pericli-
 tabatur, Sic enim sequitur, Et dixerunt principes regi:
 Rogamus, ut occidatur homo iste, de industria enim
 dissoluit manus uirorum bellarium. Quod Lutherus
 in ordinem redigere conatur ecclesiasticos qui late im-
 perant, qui luxu defluunt, qui uitæ splendore munda-
 nos superant, qui deniq; ne uestigium quidem christia-
 nae humilitatis & parsimoniae preferunt, male audire
 cogit, sic tacto ulcere inclamat ægrotus, sic Christo
 censuram in rabinos sumente, in necem ueritatis conspi-
 ratum est. Vis uiuere noster Luthe re? loquere nobis

Act. 3.

Lucæ. 18.

Iohann. 8.

Hierœ. 33

placentia. Vis gratus haberi? adulari disce. Galero car-
dineo optas effterri? nulli Ledas os, palpo fac sis Papisti-
cus. Nā ea sunt tempora, ut qui ueritati sua ferat suffra-
gia, reus mortis conclametur, ab his qui specie ecclesiae
uindictas, reuera hostes referunt. Absit tamen uerbis in-
uidia, bonos non prætendo his dictis, malos contemno.
Sed non facit hæc Lutherus, si à deo non deseratur. Ce-
terum quòd causamini hanc propositionem, impicitatis
tyrannice exortatiuam, id per Lutherum nō stat. Nam
qui hoc prorumpent principes, non dicit non pecca-
re, quanquam ex uero si diam præstiterit ecclesiasticū
ordinem sic retundi, ut prouentus Christiane rei aucti-
ores reddantur. An non uidemus quoquò uersum flexe-
ris oculos prorsus extinctam iacere pietatem? Quid
monastrias & que studio est, atq; agros coemere, exten-
dere latifundia, & ære scrinia saturare. Quid de uul-
go dicam sacerdotum, quod aut inertis otio, aut uenitris
studio defouetur, aut aleæ lusu in cupiditatis æstu in-
citatur? Quid deniq; apud ignobile uulgas pastorum ue-
stigijs pulchre inambulans, animo aduertitis Christo
dignum? Vbi charitatis officia? ubi amor? Vbi paæs
studium? Sed hic uerba perdo in re, de qua concla-
rum uidetur, quare ad propositum diuerto. Porro liber-
tatem ecclesiasticam hic uocari subodoratus sum exem-
ptionem illam, quam uocant, qua immunitate donatus

est Clerus, ne uectigalia, tributum, exactiones, & id gen
nus alia pecuniaria impendia cogatur persoluere, terre
no principi, quæ res q[uod] pulchre sacre scripture coninat
nemo non uidet. Schismaticus impie & ecclasiastice
libertatis eneruatus est Christus, si M.N. phas est cre
dere, q[uod] suo exemplo cum soluendis tributis neutiq[ue] esset
obnoxius in Petro docuit nihil repugnandum cum ex
actoribus cū pecunie tantu[m] res agitur, quando accessus
aut decessus facultati pietatem nobis no[n] admant. Vide
rint magnates ecclesie quid excusabunt apud ueru[m] iu
dicem qui non ludificatur, q[uod] paem christianam & reip.
tranquillitatem, odijs, iurgijs, litibus, deniq[ue] & bellis,
sursum, deorsum misere antiquius duxerint, q[uod] Christi
exemplum, & Apostolicum mandatum imitari. Eisdem
omnibus deuinctus es diuino iure, quisquis raso uertice
libertatem uindicas, quibus alij infuse plebis homines te
nentur obnoxij, iuxta illud Apo. Cui uectigal, uectigal,
cui honorum honorē, cui tributū, tributū, idq[ue] ut resp.
quæ sine maximis impendijs conseruari nequit, pace flo
reat, & concordia uigescat, nisi forte A postolos imitatus
uerbum domini prædicturus, sine zona & ære nudus
obeas apostolicum docendi munus. Sed quid hic uerba
perdo? ad propositum redeo scopum: Christus noluit
se unq[ue] his rebus immisere, quibus nihil additum esset
pietatis, rogatus cum de pendendo Cesari tributo, de di

uidenda hæreditate, satis constat, quām neglexerit id genus studia quæ ab ecclesiastis similiter mult negligit.

DE LIBERO ARBITRIO.

Propositio prima.

Liberum arbitrium non est dominus actuum suorum.

Condemnatio Parrisiensium.

Hec propositio est falsa, sacrī doctōribus, ac omni doctrinē morali aduersa, cum manicheorum errore conueniens ac heretica.

Confutatio condemnationis.

Si Adam cui erat liberum arbitrium necdum vulneratum, per quod actibus dominabatur, eodem dominio nihil promouerit, adeo ut à recta via nihil etiam cunctatus se p̄eapitaret, quid obsecro miselli quibus liberum arbitrium est misere labefactum, hoc pr̄eside aggrederiemur? quod non impurum, non uitiosum, non ira dignum deo uideatur? Augustinus respondet huic questioni in hyposticon, tercia responsum: Quod homo

Augustin

per malum uelle perdidit posse bene. Item & Ambro-

Ambrosi.

sius de uocatione gentium lib. i. Liat, inquiens, insit homini bonum nolle, tamen nisi donatum non habet bonū uelle, & illud contraxit natura per culpam, hoc recapit

natura per gratiam Bonorum ergo actuum liberum arbitrium non est dominus, quia non bonum. Sed cui debeat bonum quod agimus, Augustinus de uerbis Apostoli ser. 15. indicat: Spiritus regit, caro regitur. Nec spiritus bene regit, si non regatur. Vnde psal. Dominus regit me &c. non liberum arbitrium. Vnde & Paulus: Quicunq; spiritu dei aguntur, hi sunt filii dei. Tu es rex meus & deus meus. Spiritus tuus, ait ille, deducet me, non liberum arbitrium. In te domine inimicos nostros uentili labimus cornu, non in arcu uoluntatis nostre. A domino gressus hominis diriguntur, ut uiam eius uollet, non a libero arbitrio tanquam domino. Ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Tenuisti manū dexteram meam, & in uoluntate tua deduxisti me, non in uoluntate mea. Quoniam ego seruus tuus & filius anallæ tue. Sicut oculi anallæ in manibus dominorum suorum & ceteri. Et apud Hieremiam: Si ergo, inquit ille, domine, quia non est hominis uia eius, nec est iuri ut dirigat gressus suos. Et Iudith illa præcatur: Rex pacificus, utere seruitio nostro. Ecce rex noster deus regit, non liberum arbitrium, quod seruit. Augustinus de uerbis Apostoli sermone. 1. Ergo secundū deum debet uiuere, si secundū seipson uiuit, defiat. Tunc autem recte uiuit caro secundū animam, si anima uiuat secundum deum, unde Epicurei uiuentes secundum carnem, & Stoici secundum

Augustin

Psalm. 22

Roma. 8.

Psalm. 43

Psalm. 142.

Psal. 43.

Psalm. 36

Psal. 72

Psal. 122.

Idem.

Hier. 10

Augustin

orūmam, nec hi nec illi secundum decum uiuentes, defē-
arunt. Desiat ergo qui uiuit secundum liberum arbi-
trium, etiam dum uidetur in bonū ferri, qui nō uiuit se-
Auguſtin cum dū deū. Item idem Aug. epi. ad Hilarium. 89. Liber
tas sine gratia nihil est, nisi contumacia, non est libertas
Iohan. 3. Vere enim liberi eritis, si uos filius liberauerit. In libe-
ro arbitrio nulla libertas, sed ueritas seruitus. Breuiter,
hæretica est sententia Apostoli, si hæc Lutheri est hære-
Roma. 9. tica. Non est uolentis neq; currentis, sed misericordis dei.
Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui in-
1. Cor. 3. crementum dat deus. Nihil enim liberati nisi gratia, ut
Augustin ait Aug. epi. 102. & Iob in tertia respon. per totum.

Propositio secunda.

Frustra garriunt sophistę, actum bonū
esse torum a deo, sed non totaliter.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc propositio est sanctis doctoribus
eam ponētibus iniuria, Ambrosio pos-
tissimum, Augustino, & Bernardo, q̄s
hic Sophistas appellat, & quantum ad
id, quod pretendit actum bonum esse
totaliter a deo, & nullo modo a libero
arbitrio, est heretica.

Confutatio condemnationis.

An non totus homo, & totaliter est à deo? An non
uoluntas

uoluntas hominis etiam tota & totaliter à deo est: ita
credo. Nam sine ipso factum est nihil. Si totus homo est Iohā.1.
à deo, est & totaliter. Si uoluntas est à deo tota & to-
taliter, quomodo non actus hominis est à deo, & totus
& totaliter? Apostolus hoc ita esse declarat, qui dat
uelle & operari pro bona uoluntate. Item Augustinus
de uerbis Apostoli, sermone.11. Est enim liberum arbitriū, sed nihil ualeat sine dei gratia. Cum enim dico libe-
rum hominis arbitrium, uide quia hominis dico. Quid
deinde homo est, quis creauit? deus. Quis ei liberum ar-
bitrium dedit? Deus. Si ergo hominem deus creauit, &
homini deus liberum arbitrium donauit, quicquid po-
test homo de libero arbitrio, cuius gratiae debetur, nisi
cuius qui cum cōdidit cum libero arbitrio? Hec ille. Nec
liberum arbitrium, negamus, id quos uos ueluti conse-
ctaneum iudicatis, imò in deo magis firmamus. Quanqu
enim in angelis, sola uoluntas dei perficiatur, eis tamen
liberum arbitrium non auferitur, cum se libere deo sub-
iijcunt, qua libertate se deo subiectum Psaltes gratula-
tur. Nonne deo subiecta erit anima mea? Augustinum
hic operē preāū fuerit audire Epistola.102. Qui putat
sibi auferri liberum arbitrium, si nec ipsam uoluntatem
sine adiutorio dei, hominem haberet consenserint, non
intelligunt, non se firmare liberum arbitrium, sed im-
pellere, ut per inania feratur, Non in domino tanquam in

Augusti. petra stabili colloctetur. Quo loco doct Augustinus libe-
rum arbitrium se firmare non posse, sed ad inania im-
pelli, nisi petræ adhæret. Et Athanasio scribens epis-
tola. i. 44. Sine dei gratia, inquit, uoluntas implet hu-
mana, quia nec libera diænda est, quamdiu est uincen-
dis, & uincientibus cupiditatibus subdita. A quo enim
quis deuictus est, huic est et seruus addicetus. Hæc ille.

Ambro. A concupiscentia deuictum est liberum arbitrium, era-
go ipsius est seruum effectum. Et Ambrosius de uoca-
tione gentium, capi. finali, libro. i. cum Augustino in
unam coit sententiam. Sed quid obsecro hoc uocabuli est
totaliter? Scriptura istud (quod sciam) nesat. Qui fit er-
go, ut tanta sit hæc disceptatio, tam aer conflictus
apud theologos, de huius uerbi efficacia? Num alijs uer-
bis, quam quibus prodita sunt, tractanda sunt diuina
eloquia? Quod si bonus actus totus sic à deo proficiat

Roma. s. l. luntate deriuetur, mentitur Apostolus. Sæo, inquiens, q
non habitet in me, hoc est, in carne mea bonum. Quibus
uerbis, aut quibus lineis mihi adumbratis, ino quibus
indicijs perspicuum mihi esse potest hoc quod libero ar-
bitrio debeo acceptum referre, si actus bonus totus non
negetur à deo esse? Non sum tam stupidus, ut uelim si-
ne libero arbitrio, aliquid agi à nobis, sine libero arbi-
trio, in qua, non tanquam auctore, sed tanquam in quo agat

autor gratia dei. Hanc me sententiam docuit Gregorius, libro Moralium. 22. capi. 10. qui apertissimis uerbis totam huius rei controversiam est complexus, ubi in hec uerba pronuntiat. Sicut sancti uiri, se post primū parentis lapsum, de corruptibili stirpe editos, & non uirtute propria, sed praeueniente gratia superna, ad meliora se uel uota (nota uota) uel opera committatos. Et quicquid sibi mali inesse cognoscunt, de mortali propagine sentiunt meritum. Quicquid uero boni in se inspirant, immortalis gratiae cognoscunt donum. Et audi que sequuntur. Ei⁹ de accepto munere debitores fiunt, qui & praeueniendo dedit eis bonum uelle, quod noluerunt, & subsequendo conseruit bonum posse, quod uolunt. Intelligitis opinor, quod dixit, noluerunt & nolunt. Et idem alio in loco omelia. 9. super Ezechiclem, Ipse, inquit, nos peruenit, ut uelimus, & adiuuando subsequitur, ne frustra uelimus. Hinc orat ecclesia, in secreta missæ, dominica. 5. à férijs pentecostes, ut cum ecclesiasticis loquar. Et nostras rebelles ad te compelle uoluntates. Ecce rebellis nostra uoluntas, nisi compellatur ad deum, non saluamur. Sic dicit seruator. Nemo potest Iohā. 6. uenire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Trahimus nolentes, ducimus uolentes. Lutherus synxioris theologe vindictas & assertores non appellat sophistas, sed scholasticos theologastros tamen ppudioso contumeliat noīe.

Propositio Tertia.

Liberum arbitriū dum facit, quod in se est, peccat mortaliter.

Condemnatio Parrisiensium.

Hæc ppositio est scādalosa, impia, in fide & morib⁹ erronea.

Consutatio condemnationis.

Iohā.15. Opus liberi arbitrij tanq priuatum, & proprium, est peccatum, quare sicut palmes nō pot edere fructū à se me ipso, nisi manserit in uite, ita nec nos, nisi manserimus in Christo, id quod doct Euangilium. *Quis quis est extra Christum, mala est arbor, & extra uiuem, qui aut nullos, aut acerbos, aut noxios edit fructus.* Palmes autem qui manent in uite, id est, in Christo, purgantur ab agricola cœlesti deo patre, qui nisi purget compunctione in stercore suo palmes, hoc est, homines liberi arbitrij sordibus uolutati. *Augustinus ille optimus liber⁹ arbitrij uirium explorator, in Iohannem tractat. 49. eandem Lutheri sententiā effert.* Nemo, inquit, sibi palpēt, de suo Sath. in est. Sathan autem non ualet, nisi ad peccandum. *Quid his uerbis clarius.* Idem ibidē tractatu. 21. Viti nostra tanquam nostra, id est, de uoluntate propria, non erit nisi mala, peccatrix, iniqua. Vita uero bona, de deo in nobis est, non à nobis, à deo nobis datur non à nobis. *Qui male uiuebat, in uita sua erat,*

qui bene uiuit, ad uitam Christi transiit, participis fæ-
ctus uitæ. Fuitis, inquit, A postolus aliquando traebrae, Ep'z. 5.
nunc autem lux in domino, in te ergo tenebrae, in do- Ambro-
mino lux. Hæc Augustinus. Item Ambrosius de uocatio
ne gentium, lib. i. capi. ultimo. Licit insit homini, malū
nolle, tamen nisi donatum non habet, bonum uelle. Il-
lud contraxit natura per culpam, hæc recipit natura p
gratiam. Expendite hæc uerba Ambrosij. Vnde Augu- Augustinus
stus de uerbis domini super Matthæum, sermone. 50.
Nemo malus facit bonum, si nemo malus bonum facit,
homo malus, quomodo facit se bonum? Facit de malo
bonum, qui semper est bonus. Sana me domine, inquit, Hiero. 15
& saluator. Saluum me fac, & saluus ero. Quid mihi
dicunt uani uana? Tu te saluum facis, si uolueris? Sana
me domine, & sanabor. Et quia, qui uidentur bona age-
re libero arbitrio, non deo hoc tribuunt, nec deum in
actibus suis glorificant, propterea dabit illos deus in sen Roma. 1.
sum reprobis, ut faciant ea que non conueniunt &
euanescent in cogitationibus suis, & obscurent insipi-
ens cor eorum, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.
Sic Hieremias. Conuerte me domine, & conuertar, quia Hiero. 31.
tu dominus deus meus. Postquam enim conuertisti me, cgo
pœnitentiā, & postquam ostendisti mihi percusi foemur
meum. Quid hæc uerbosius disputo? Tota simul scriptu-
ra uobis impijs liberi arbitrij tractatoribus reclamat.

Prætereo locupletissimos scripturarum testes, et quasi
 Carolosta allegationum plaustra, quæ Carolostadius ille, uere pu-
 dius. rus theologus, post Lutherum accumulauit, quibus im-
 purum illum Eccij sophistæ conatum restrinxit. Quæ
 omnia, ubi uerbo dei fuerint à uobis Magistris nostris
 debellata, id quod nunquam futurum auguror in uestrâ
 partem inclinabimus. Interea in hanc sententiam persi-
 stere est animus.

Propositio Quarta.

Liberum arbitrium ante gratiam nihil
 ualet nisi ad peccandum, nō autem ad
 pœnitendum ex Augustino, de spiritu
 & litera.

Condamnatio Parrisiensium.

Hæc propositio accipiendo gratiā p gra-
 tia, gratum faciēte de qua loquitur scri-
 ptor, est erronea, errori Manicheorum
 cōformis, a sacrī eloquīs aliena, puer-
 se, & trūcate ex Augustino allegata.

Confutatio condemnationis.

Hæc propositio superioribus agnata, & confiniis,
 ijsdem scripturis stabilitur & astruitur, quare opera ui-
 debar facturus præcum, si alteram alteri coniungerem,
 sed quem secutus sum ordinem usq; adhuc, hic nō mu-

to. Augustinus Psal. 142. Noli putare, inquit, aliquid te Aug. sū.
 operari, nisi in quātū malus es & auerte te ab ope tuo
 ad opus illius q̄ fecit te, ipse formet, & ipse q̄ formaue-
 rat, & q̄ tu exterminasti reformat. Idem de uerbis Apo. Idem.
 stoli sermone. 13. Hoc potest uoluntas mea, hoc potest li-
 berum arbitrium meum, quot liberum arbitrium nisi il-
 le regat cadis, nisi ille regat iacēs. Et paulo post, pror-
 sus si defuerit dei adiutorium nihil boni agere poteris.
 Agis quidem illo non iuuante libera uoluntate, sed ma-
 le. Ad hoc idonea est uolūtas tua quæ uocatur libera,
 ut male agendo sit damnabilis ancilla. Vbi hic libertas
 in bonum? Et epistola. 107. Non est gratia dei in natu- Aug. sū.
 ra liberi arbitrij, in lege atq; doctrina, sicut Pelagiana
 peruersitas desipit, sed ante singulos actus datur illius
 uoluntate, de quo scriptum est, Animam uoluntariam Psal. 67.
 segregabis deus h̄ereditati tue, quia & liberum arbi-
 trium ad diligendum deum, primi peccati gravitate per-
 didimus. Et lex dei atq; doctrina quāuis & sancta, &
 iusta, & bona fit, tamen occidit si non uiuiscat spiritus
 per quem fit, ut non audiendo, sed ut obediendo, non le-
 ctione, sed dilectione teneatur. Vide quoq; Augusti-
 nus totus Luthero suffragetur? Insuper multa diximus
 titulo de contritione, quæ hic repetenda forent, si tan-
 copiæ studeremus quā breuitati. His uerbis nobis Apo- 2. Cor. 3.
 stolus satis facit, Non sumus sufficiētes cogitare aliquid

à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Quare quamvis multa satis diximus quæ Lutherū uident à furiosa uestra condemnatione, tamen prius quā progediar libet diui Pauli scrium elogium, & sententiam ueluti colophonem (quod diatur) addere. Is itaq; postquam in Iudaismo supra coēuos omnes profecērat, conscriptæ legis uirtutes sibi phariseus parauerat, ut iuxta eam iustitiam quæ ex lege est factus esset uir iustus & irrcprehensibilis. Horum omnium rationem pro ruderibus duat, ad legem gratiæ, & Iesu Christi cognitionem prouectus. Hæc uerba scribens Philippensi.

Philip. 3. Sed quæ mihi erant lucra ea arbitratus sum propter Christum damnum esse. Quinetiam arbitror omnia dānum esse propter exællentiam cognitionis Iesu Christi domini mei, propter quem omnia pro dānnis duxi, habeoq; pro ruderibus ut Christum lucrifaciam, ut repe riar in illo non habens mean iustitiam ex lege, sed eam quæ per fidem est Christi. Hactenus ille. Quibus uerbis clare contestatur, quām nihil sit quod ante fidei gratiam inculpati nominis fuerat, & legis obseruator & assertor zelosus. Et quam contemptim habeat ea omnia quæ cunq; ex lege etiam diuina, sibi poterant proueniēre aut operari, præ illis quæ ex fide Christi & cognitione Iesu iam cognouerat, quæ acceperat & operatus fuerat. Quid hic quæso tantum de libero arbitrio gloria=

mur? Si ne diuina quidem mandata, ex eorumdem lega-
 lis & moralis obseruatio sit suscipienda, imo despicien-
 da ante gratiam? Si nihil per moralia, per legem ipsam,
 per iustitiam legis promeremur, quid uel liberum arbitri-
 um hic sibi uendiat potentie? Quid ex his inferet
 studiosus Christiane rei, quam ut per liberum arbitriū,
 per legem, per iustitiam, & opera legis maledictū red-
 datur auctius? Si non gratia corrigatur, si non expur-
 gatur fide, si non curetur charitate. *Quid habes quod 1. Cor. 4.*
 non accepisti, inquit ille. Si accepisti, quid gloriaris quasi
 non accepis? Utiliter & seruator, *Nemo potest ueni-* *Iohā. 6.*
re ad me, nisi pater meus traxerit eum, tantum abest ut
uel nostro marte, nostris studijs, nostro personato co-
natu, gratiam in nos quasi de congruo debitam euoc-
mus, & emereamur. Quicquid autem extra gratiam
liberi tantum arbitrij patrocinio mente conapimus, non
ne iniquitas est? Quicquid sine fide dearnimus, an non
peccatum est? Quicquid tandem operis attendamus, no
autore deo, an non apud Euangelistam nihil nomina-
tur? Sed iam satis superq; de hoc articulo tractauimus,
si cui delicioris stomachi, aut copiae studioſo hæc no-
stra non satis arrideant, aut satis faciam, Lutherum, Ca-
rolastadium consulant. Neq; per hanc conclusionem Lu-
therus aliquid commune aut conforme habet cum Ma-
nichelis, quippe quorum hæc erat sententia, imo error

hominibus bonis partē dei inesse, p̄ quam nihil uitiose
agerēt. Rursum malis homībus, partē mali principis nem
pe satanae inditā, p̄ quā semp male agerent.

DE PHILOSOPHIA ET THEO
LOGIA SCHOLASTICA.

Propositio Prima.

Philosophia Aristoteļ, de uirtute mora
li, de obiecto, de actu elicito talēst, quę
nec in pplo doceri possit, nec ē ad scri-
pturæ intelligētiām utilis, quia cōtinet
dūtaxat portēta uerborū, nō nisi ad cō-
tentiones uerborū conficta.

Condemnatio Parisiensium.

Hæc p̄positio quantum ad omnes suas
ptes, loquēdo, de philosophia Aristote-
lis, in his maxime, in quibus a fide nō
discedit, ē falsa, & tāq̄ ab inimico sci-
tiæ arrogāter, ac insipiēter asserta.

Confutatio condemnationis.

Philosophi neq; humiles sunt, neq; mites, sed sibi mul-
tum placentes, & hoc ipso, q̄ placent sibi, deo multum
displacentes, Cypriano teste, ex carne nati sunt, & quo-
niam quod natum est ex carne, caro est, tota Anthicy-
ra digna, est eorum insania, qui Aristotelicam philoso-

Cypria.

phiam, studio & arte humana paratam, ulla in parte nostrae religioni consentaneam garriunt, quiq; indignissime factum clamitant, quod philosophus improbeatur, qui nusquam in fide germana statuit. Qui enim de Iohan. 3. terra est, de terra loquitur. A gere addua possum, ut credam. M. N. eo dementiae proiectos, ut in condemnatio- Roma. u ne huius propositionis, fidem illam theologicam, quam ab auditu uerbi dei manare docet Apostolus, quaq; cor da purificari tradunt Acta apostolica, philosopho gen. Act. 15. tuli, qui aures habuit incircunfiosores, quam ut audire posset, & cuius pectus Aegyptijs ab hominatioibus prophanatum fuit, perspectam aut cognitam uelint. Arestoteles qui ex auditu uerbi dei fidem non habuit, per fidem spiritum sanctum non possedit, nec uerba dei, nec euangelium tradere potuit, id quo consequi scribit Hieronymus Galat. i. Qui dix, inquit, sunt, tradut dei Hiero. euangelium, & no hominis, Martion & Basilides, & cetera hereticorum pestes, non habent dei euangeli- um, quia non habent spiritum sanctum, sine quo huma- num fit euangelium, quod doatur. Hec ille. Vbi deus est, est & ibi Euangelium. Iuxta illud, Euangelium est Roma. ii. dei uirtus ad iustitiam omni credenti, & bonus homo Lucre. 6. de bono thesauro cordis sui profert bona. Apud Arie- stotelem no est deus, id quod nemo non donat, quare nec euangelium habet, nec fidem. Fides est donum spus iux-

tu Apostolum. Quisquis fidelis Christum habet inhæ-

Roma. 10 bitantem. Nam corde creditur ad iustitiam. Perdit deus.

sapientiam sapientium, & hos fastidiosos diuites cuius-

modi sunt, quicunq; in lyceo Aristotelis uersati sunt,

dimitit inanes, quippe quorum sapientia, stultitia est

apud deum, quorum diuitiae adulterine sunt, & calui

comati, ut adagione dicam, aliquid ostentantes rei, sed

nihil inueniunt uiri id genus diuitiarum in manibus

suis. A quorum mellito toxico, & blāda peste, ipse Pau-

lus nos non retraheret, si non sub horum personata sa-

pientia reconderetur, quod penitissima animi penetra-

lia conficeret. Que mundana philosophia, uos quicunq;

q; estis theologasti occēatos reddidit, & cædi cum si-

tis, cætitatem tamen uestram, dulā illo philantia pre-

Iohā. 9. texitis. Quare dominus in Euangelio. Si cædi, inquit, es-

setis, id est, si uobis ipsis non ad blandientes, cætitatem

uestram de precaremini, peccatum non habecetis. Nunc

autem diatis, uidemus, quare peccatum in uobis manet.

Apoc. 3. Aristotelicus theologus, hec uerba re uera effert. Di-

ues sum & ditatus, nullius egens, & nescit, quia & mi-

ser est & miserabilis, & cæcus & claudus. Qui si con-

sultum sibi uellet domino, arrectis auribus auscultaret,

qui consultit sapientibus in eodem loco. Suadeo tibi &

me emere aurum ignitū, ut locuples fias, & uestibus al-

bis induaris, ut non appareat dedecus nuditatis tue, &

collirio inungas oculos tuos, ut uideas, Eloquia enim Psal. 11.
 domini, eloquia casta. Ignitum eloquium tuum uehemen Psal. 11s.
 ter. Lex domini immaculata, conuertens animas. Hanc Psal. 1s.
 legem non apprehendunt philosophi, in uanitate sen-
 sus ambulantes. Augustinus Psal. 140. Absorpti sunt iu
 xta petram, id est, comparati, iudices magni, potentes
 docti, ipsi dicuntur iudices eorum, tanquam iudicantes
 de moribus, & sententiam proferentes, dixit hæc Ari-
 stoteles: Adiunge illi petræ, & absorptus est. Quis est
 Aristoteles, audiant, dixit Christum & apud inferos cō
 tremisat, dixit hoc Pithagoras: dixit hoc Plato, adiun-
 ge illos petræ, compara auoritatem illorum auoritati
 euangelicæ, compara inflatos crucifixo. Dicamus illis.
 Vos literas uestras conscripsistis in cordibus superbo-
 rum. Ille crucem suam fixit in cordibus regum. Hacte-
 nus Augustinus. Quibus uerbis claret qd tribuēdum sit
 philosopho, qui petræ nusquam adhæsit Christo. Quam-
 obrem candidus ille theologus, diuinus Hieronymus, eo:
 rum se à teneris testatur annis documenta, diuinis asper-
 natus esse misere eloquijs, scribens ad Thesiphontem,
 in hunc modum. Multi anni sunt, quod ab adolescen-
 tia usque ad hanc etatem, diuersa scripsi opuscula, sem-
 perq; habui studium audientibus loqui, quod publice in
 ecclesia didicram, nec philosophorum argumenta se-
 stari, & Apostolorum similitudini acquiescere, sacns

Cor. 2. illud scriptum, Perdam sapientiam sapientum, & pru-
dentiam prudentium reprobabo. Et fatuum dei pru-

Eccle. 1. dentius est hominibus. Hæc ille. Omnis sapientia à do-
Collo. 2. mino deo est, & cum illo fuit semper, & est ante ævum.

In Christo sunt omnes thesauri sapientie & scientie ab
scorditi. Vanus sunt omnes hominis in quibus non subest
scientia dei, & de his que uidentur bona, non potue-
runt intelligere eum qui est. Vanus est ergo Aristote-

Cor. 1. les. Nos prædicamus Christum dei uirtutem & dei sapi-
entiam, inquit ille. Aristoteles sc̄e prædicat suam uirtu-
tem, suam sapientiā, labore tantum & studio conquisi-
tam. Ex his intelligitis opinor Aristotelē cum fide nihil
sentire, & doctrinā tradere quā non à domino accepit,

Ambro. quare futile est, vanus est, nugator est, mendax est. Am-
brosius. & libro Exameron, capi. 2. Certe Moses erudi-
tus erat in omni sapientia Aegyptiorum, sed quia sp̄i-
ritum dei accepit, quasi minister dei inanem illā, & usur-
patoriam philosophie doctrinam, ueritatis ratioe post
habuit, & ea descripsit quæ nostræ spei accommodari
dicauit. Vedit enim in sancto spiritu non illis marcescen-
tes iam sapientie uanitates sequendas, quæ rebus inexplic-
abilibus, mentem nostram occupant, luduntq; operas;
sed ea potius describenda, quæ ad uirtutis spectauere
perfictum, inhærecamus igitur propheticis dictis, nec spi-
ritus sancti quasi uilia despectui habecamus eloquia. Hæc

Ambrosius. Ludibrio ergo habet igniti domini eloqua,
q̄ ea cōmisat frigidis, uaniſſimis, rixosisq; philosopho=rum nūgamentis, In ſupori titulo de libero arbitrio perſpicuū ſeāmus, quām deliret Aristote. de uirtute morali,
et actu à noſtra uoluntate elato p̄ liberum arbitrium,
quare ad ſequentia decurro.

Propoſitio Secunda.

Omnēs uirtutes morales, & ſcientiæ ſpeculatiuæ, non ſunt ueræ uirtutes & ſcientiæ, ſed peccata & errores.

Condemnatio Parrifiſenſium.

Hæc p̄poſitio quantū ad primā partē, q̄ uirtutes morales ſunt peccata, eſt eo dem modo qualificāda, ſicut prius fuit illa qualificata. Opa quæcūq; ante charitatē ſunt peccata. Quantū aut̄ ad alterā, q̄ ſcilicet ſcientiæ ſpeculatiuæ ſunt errores, eſt manifeſte falſa.

Confutatio condemnationis.

Priorē p̄tē huius p̄poſitiōis, ſatis in ſupioribus aſſerui=mus. Quātū attinet ad poſteriorē oēs ſaētiā ſpeculatiuā eſſe errores et p̄fā, cōſtat, quia infidelē nihil redūt meliore, q̄cqd enim aīo uolutat, q̄cqd ploqtur, q̄cqd tandem manibus opatur infidelis anime arbor, an-

- Roma. 14. nō aerbū, an nō uitiosum, an nō peccatū est? Quod non
 Heb. 11. est ex fide, peccatū est. Et sine fide impossibile est placere deo.
 Ambro. Qui autem deo non placet, cui nisi, ut ait Ambrosius, sibi et diabolo placet? Saeculare speculatio non iustificat impiū.
 Psal. 23. Christus siquidē est dei uirtus, et dñs uirtutū ipse est rex glorie, Ipse est iustitia nostra, ipse est patientia nostra, qua patientes sumus, quia nō est in me, qđ patientes sum, sed in te qđ donas patientiam dñe. Ipse est misericordia mea, qua misericors esse possum. Et nō egredieris deus in uirtutibus nostris. Fallax enim equus ad salutē.
 Psal. 43. In multitudine uirtutis sue nō saluabitur. Nō saluat ueritas rex p̄ multā uirtutē suam, nec gigas in multitudine uirtutis sue. In summa, si deus est omnia in omnibus, à quo omne datum optimum, et omne datum perfectum est, descendēs. Quid nam extra deum sunt scientiae speculatiuae, et uirtutes morales, sine gratia acquisitae et possesse, quam errores et peccata? Qui non ambulat in lux, impingit in tenebras. Deus est illa lux, qui illuminat omnem hominem, scientiae non illuminant, sed inflant, et magis faciunt hominem in sensu carnis sue obtrusare. Proprieta, inquit, tradidit illos deus in sensum reprobū et c. Hieronymus subscribit huic nostrae sententiae epistola. i. uirtutis uocabulū nō mereri, quod extra Christum, et sine fide humano paratur studio, cū dicit, Ego existimo, quia sicut spiritus sanctus sanctum facit

faat eum, cui fuerit infusus, ita spiritus sapientiae sapientem, spiritus intelligentiae intelligentem, consilij consultum, fortitudinis fortem, scientiae scientem, pietatis pi- um, timoris timidum, deique timore trepidantem. Ita spiritus reprobationis uel spiritus dei sponsorem & deum faat in quo habitauerit. Quomodo enim rario immun- dus, spiritu immundu &c. Intelligitis opinor spiritu inspirare ueram sapientiam & pudicam ac pacificam, probatam scientiam, sanctum timorem, pietatem christianam &c. quae cum scientiae speculatiue, animalium, terrena, demoniacae, ut A postoliis utar uerbis, non inscrivant studiosorum menti- bus, errores sunt. Quod autem uirtutes morales, que neutralibus tribuitur peccata sunt, probauimus abunde satis, ubi de actibus medijs egimus, laudatus Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae dei reconditi, cuius tanta est ueritas, ut ab eius plenitudine accipiamus omnes, non enim in lumine nostro, sed in lumine tuo domine uidebimus lumen, quod tenebrosum esse non potest.

Propositio tertia.

Theologia scolastica est falsa, scripturæ & sacramentorum intelligentia, & ex uero nobis fecit ueram & sinceram theologiam.

Condemnatio Parrisiensium.

Hec propositio est falsa, temerarie, sup-

Q

DE PHILOSOPHIA ET
be & asserta, ac sane doctrinę inimica.
Confutatio condemnationis.

Non sic Theologiam scholasticam traducamus, quasi erroribus et vanitatibus sit opena. Quis enim liber tam humilis haberi potest, qui non in aliqua parte prospicit? Verum hoc nos male habet, quod plus satis scholasticis doctribus addicti sunt Theologasti, ut plane in horum quaevis dicta, opiniones, figura, somnia, sententias, sint iurati, ut ex ea una, tanquam exemplari petant, quicquid iam Christianae rei opus videatur, neglectis his literis, que sole immaculatae, sole nitidae, sole uerae & sanctae ab autore spiritu sunt profectae. Theologia autem scholastica non potest mihi non esse suspecta, uel hoc solo nomine (ut interim alia taxem) q. Aristotalem recapit, quem & pertinacius defendit, qui infidelis & uanus cum fuerit mendacia statuit ex proprijs tantum locutus, quare consequitur & uanum & nugatorium esse, quicquid Aristotelius & philosophias uerbis asseratur. Tandem enim Hieronymo teste in Esaiam humanus sermo habere uidetur rationem, quamdiu diuine scripture non fuerit comparatus. Cum autem mendacia quasi stipula igni appropinquauerit, atque uoratur & deperit. Quod si Aristotelica & philosophica demiseritis ex uestris theologia, uidebitis prorsus, ridiculam alienis spoliatarum plurimis corniculam, nuditatis suae ridiculum exhibere spectaculum. Quod autem scholasticorum regnum inualuit

quadringentis iā ferme annis in aūssa fuit uerbi dei aut
 neglectus , aut suę glorię studium . Dum Franciscani
 enim suum Alensem mordicus tuerintur , quem ob sui no= Prædicato
 minis splendorem suę familię columę , nō uanis in hoc
 repertis astutis ascuerunt , iam ipsi gloria intumescere , rū et Mi-
 iam cœlum uertice contingere . Cui glorię inuidentes noritarū
 Dominicani fratres , Albertum quendam magnū huic ambitiosa
 opposuere , qui Alensi nomen fama super æthera notū ,
 nonnihil obscuraret , eruditionis miraculo . Rursum Mi-
 noritę , silere turpe rati , quo suos æmulos , uel insigniter
 eruditorum numero antecuerterent , Bonauenturam in= contenio
 stigarunt , ut scriptis suos catulos , à tantę glorię compe-
 titoribus vindicaret , in quo stadio inde fessi palestritę
 prædicatores , ne hic posteriores partes ferrent , diuum
 quendam Aquinatem statuerunt , qui præter eruditionis
 scholasticę palmam quam indeptus uidetur , etiā san= etatis nouę insignijs celebris esset , quo iam equis , quod
 diatur , albis præcurrerent . Id non obscure animo aduer-
 tentes Minoritę , dolentes tantum bolum erectū è fau-
 abus , imò clavam herculenam ē suis manibus extortam
 manibus pedibusq; sunt adnixi , ut hunc in diuorum etiā
 thalogum referrent Bonauenturam , ut cui etiam hic ho-
 nor debetur , id quod si non alia commodiore uia , uel
 multo ære dato impetrare licuit à Sixto Episcopo Ro-
 manorum , qui & ipse Franciscanus erat . Sub idem tem-
 pus , Scotus ille subtilis ex hac familie prodijt , qui mul-

tis doctorum millibus par essent, iniustus & pertinacia
& ambitionis studio. Cui Capreolus & Carrensis ex
Liranus. prædicorum familia est obiectus. Postremo etiam Li-
Burgensis ranus ille, uel paſſim delirans prodit, qui Burgensis
prædicoris telis est confosus, sed non obtigit Burgen-
si incruenta uictoria. Nam minorita quidam, qui Lia-
rani partes defenseret, protinus occurrit. Tum metuen-
tes prædicatorij frates suo nomini, multitudine sc. arma-
Arbores uerūt. Arborem enim nesao quam fixerunt diuis onu-
diuorum stam, quoru pars, ut ante signauit, aram tenerent, pars
ex ordini uti medioximi ramulis inhererent, pars uti dij patella-
bus mendi res, humiliores sedes occuparent. Quo exemplo Fran-
cium & tiscani similem ediderunt operam, quippe qui uno spi-
alioru mo ritu diuorum nomina, quibus se magnificat efferunt,
nachoru non possunt complecti. Hic est ille sanctorum patrum
confitæ, catalogus, quibus non tam Lutherus, quam sacra elo-
quia refrigerantur. Interim nolo mihi sanctitas iustorum
quomodo noceat, quippe quos si am nihil minus exop-
tare à nobis, q̄ hunc cultum, quem superstitioni illis
impendimus, & non parum moueri, quod sic uideant
mortales suis laribus familiaribus affectos, ut præterito
genuino diuorum cultu, singulis ordinibus, singulis offi-
cijs, singulos quosq; deos præficerunt, tanq; gentilitios,
quibus glorie riualibus, sic utrinq; altercantibus, mare
uoluminum effluxit, et multa doctorum portenta emer-
serunt, in quibus quisquis uel neuum uel labeculam de-

prehenderet proscribatur, à magisterij cathedra pro-
 pulsandus. Tam enim sue glorie pro se quiq; monasticā
 fuerunt studiosi, ut uel hodie utris cedat uictoria, nesa-
 es, tam adamantinis uinculis præcordijs infixum hunc
 habent gloriæ affectum, & tam alto corde conseruent
 alter alterius gloriæ iniuriam. Quid his obsecro tantū
 tribuas fidei? Quid de his sentiendum tam bene, ut ue-
 ra credas, que sic affecti committunt literis? Sed audi
 quæ nugari animus cogit. Si quando fuere qui his orgijs Inquisito-
 non afflati, uerbum dei pure, candideq; conati sunt re- rum hære
 uocare in germanam puritatem, & ab horum iniuria ticeæ pra-
 uindicare, ij nunc in ipso statim initio, minis & erga- uitatis im-
 stulis constricti, nunc in uincula coniecli, nunc flam- pietas &
 mis & igne tentati, aut operi cedere, aut in ipso conatu crudelitas
 deficere sunt coacti, in quo negotio, qui alias inter se
 mutuo depugnabant, mutuo flagrabant odio, unis ani-
 mis in unum coeunt studium, ut salict perdant, ma-
 etent, ignibus tradant, scholasticæ doctrine, & mona-
 sticæ factioni parum candide fauentes, hic sanguinarij,
 incendiarij, uastatores, quos uis tyrannos phalaridas,
 dionisios à tergo reliquerunt. Hec omnia tamen tam
 recte & dissimulanter gessere, ut male affecti animi
 morbum nemo posset intelligere. Nam hæresis erat &
 noua hæresis, per bullas papisticas promulgata, his
 tam sanctis studijs, tam zelosis (si deo placet) conatibus
 obmurmurare & obstrepere, interdum huc solum spe

Etatum est, ut illi candidius semientes, uel in monastico
rum & scholasticorum partes pertraherentur uel re-
cantarent suffragum, uel ad palinodiam adigerentur,
non ut gladio spiritus, instituerentur, aut felicius sape-
rent. Quo factum est, ut hanc theologiam scholasticam
ad sacra eloquia, cum ad amissim exigere & expendere

Lucæ.ii.

planè infeliciter sit tentatum. Væ uobis legisperitis, di-
cit dominus, qui tulistis clauem scientie, ipsi non intro-
istis, & eos qui introibant uetusstis. Et quis non uidet
uerbum domini lesbia (quod aiunt) regula prepostere
à deo ad scholasticorum figura, somni, & moles obtor-
to collo pertrahi, & amissim ad lapidem aptari, cum
tamen contra scolasticorum traditiones ad dei uerbum,
ut lapis ad amissim sunt contrahendi. Verum hoc iu-
gum captiuitatis Babylonicae, hoc regnum Sathanæ, de-
us optimus maximus hac nostra demum ætate discussit
& dissipauit, audiens gemitus competitorum, & inter-
emotorum uincula soluens. Quare nunc repertis fru-
gibus sacro sancti Euangeli, philosophorum siliquis
precordia nostra confuscare nolumus, restitutis illis
puteis, ab Isaac, Seruatore nostro, quos terra, hoc est,
humanis commentis, & philosophias nugaments opple-
uerant philistei, id est, philosophi, pelagiani, scholiaq;
doctores, in horum uerba iurati, cœno & lacunis alti-
us immergi insaniam arbitramur. Deniq; nunc orta ea
lucæ, quæ illuminat omnem hominem iustitiae sole, tene-

bras amare toto pectore recusamus. Apud Ambrosium Amb.
 male audit uesta philosophia in examen lib. 5. ca. 24
 quam suent & ornant M.N. cum dicit: Sunt aliqui,
 qui cum oculos habeant, ad uidendum, non uidere so=leant, & uisus sui officium solis fungantur in tenebris.
 De cordis oculis loquor, quos habeant sapientes huius
 mundi, & non uident, in luce nihil cernunt, in tenebro=sis ambulant, dum demoniorum tenebrosa rimantur,
 & coeli alta se uidere credunt. Porro autem in fide de=uij perpetue certatatis tenebris implicantur. Aperiuit os
 quasi saentes omnia, acuti ad uana, habentes ad eterna,
 & longe disputationis anfractu prudentes, inscijs pro=prijs insatijs graphicæ certe, & suis coloribus philoso=phiam questionariorum theologiam depinxit diuus
 Ambrosius. Falsitas, temeritas, superbia, presentis pro=positionis, egregie innomit, quibus dan non pitiosi iu=dicij uel quotidiani experimentis uel aliorū, tum Phi=Philippus
 lippi Melanchtonis libellis & orationibus editis, qui Melanch= digna censura, dignis encomijs philosophian theologiam scholasticam celebrarunt, non sine magna omnium admiratione.

Propositio quarta. M.L.

In sermonibus Io. Tauleri lingua teu=tōica cōscriptis, plus reperio, dicit Lu=theologij solidæ & synceræ, & in uni=uersis omniū uniuersitatū scholasticis

Q. 4

248 DE PHILOSOPHIA ET
doctoribus repertū aut reperiri possit
in omnibus suis sententijs.

Condemnatio Parrisiensium.

Propositio quam Luther afferit est ma-
nifeste temeraria.

Confutatio condemnationis.

Temeritas Luthero impingitur, q; parum blande
appellat scholicos doctores qui sibi pulchelli & glorio-
suli uidentur, q; humilis uiri eruditionem, magnis pr.e-
ferat numinibus M.N. Miracerte & temeraria Luthe-
ri temeritas, quod tam grande superalium ausit impete-
re, quod quisquis unquam inauilis & immodestius
tractauit, tergo soluit poenas. Sic l.e sit maiestatem pha-
risaicam dominus, quod insigniora cederet, quam quae
ipso sophi imitari possent, quam quae homini rusticano
1. Cor. 17 (qualis in speciem apparebat) conuenirent. Sic probro
fuit humilitas David superbi.e Philistei. Quibus exem-
plis & uos Tauleri eruditionem germana lingua pro-
ditam, despicatis & contemptum arcessitus, q; ille forte
gentilem illam ad salutationem duarum literarum M.N

Psal. 113. non sit uenatus, quasi dominus ille non esset qui intelle-
Psal. 5. ctum daret parvulis, qui ex ore infantium & lactentia-
um persiceret laudem, qui lingu as infantium faceret di-
sertas, qui sua mysteria absconderet a sapientibus, & re-

Luce. 2. uelaret ea parvulis. Temerarius erat ipse Christus, q;
puellus in doctorum consensu ausit de re diuina uerba

facere, & illotis quasi manibus diuina tractans falcam
 mittere in messen alienam, id quod phariseis ita prima
 forte cute uidebatur. Apud Esaiam dominus: Ad quem Esiae. 67
 autem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spi-
 ritu, & trementem sermones meos? Orat Prophet: In
 intellectum da mihi & uiuam. Da mihi intellectum & Psal. 113.
 scrutabor legem tuam Esaias ait: Nisi credideritis, non
 intelligetis. Vbi fides, ibi uerbum, ibi intellectus. Absit Esiae.
 ut a uestro superalio rigido, omnis sapientia in omnium
 uiarum capita diriuetur. Nam ad suspiria humilis animi
 in tugurio cordis sui ingemiscens, euocatur spiritus san-
 eti gratia, & germana dei scientia Taulerus hoc nomi-
 ne mulo est commendatissimus, q; in speiem minutus &
 abieclus spiritu digna intus spirauerit. Vos de facie tan-
 tum iudicatis, persona hominis accipitis, non estiman-
 tes scientiam dei, Christo bene credulis & in se parvulus
 esse peruiam. Infirma mudi elegit deus, ut fortia queq; 1. Cor. 1.
 confunderet. Humilis exemplo pharizaica stupiditas Matt. 15.
 Christi Seruatoris consulta negligenter recedit, utpote a
 fabri filio literarum uelut nescio, profecta. Sed Silenus
 illum alibi a deum non explicuerant, quippe qui sub te-
 ctorio uili sordido q; nempe carne peccati, merum numen
 & eternam patris scientiam occultabat. Sed ut audio
 non fuit a sacris theologie uestrae alienus hic Taulerus
 nam fama est monastiken coluisse & magisterij insignem
 titulum e scholis Theologias reportasse, sed fortasse cum

minore superbia & maiore eruditione, quam uos Sorbonia magistelli, qui rabbicum uestrum superalium uerbo dei preferre studetis ut crimen lese maiestatis sit, tam sancta numina non adorasse, eorumq; que eius dicta ut oracula delphica non habuisse. Confundat deus uel tandem hos inflatos moabitas, quorum maior est superbia quam fortitudo.

Propositio quinta M.L.

Quo tempore coepit theologia scholastica, i. illusoria, eodē euacuata est theologia crucis, suntq; omnia plane guersa.

Condemnatio Parrisiensium.

Hec propositio est falsa, presumptuose & irrationabiliter asserta, & errori Bohemorum damnato uicina.

Confutatio condemnationis.

Quoniam theologis scholasticis Aristoteles est penitus deus querens in omnibus que sua sunt, & suam uolens iustitiam constituere, per quod & iustitiae dei non est subiectus, theologia crucis que sui abnegatione & iustitiae dei desiderio paratur, per hunc gentilicium decum euacuata est, idq; iusto dei iudicio. Pro eo, inquit diuinus uates Esaias, quod eleuatae sunt filii Sion, & ambulauerunt extento collo & nutibus oculorum ibant & plaudebant & ambulabant & pedibus suis composto

gradu incedebant, decaluabit dominus uerticem filiarū
sion, & crimen eorum nudabit. Quarum uertice sic de
pilato, quid obtigerit, A postolus aperit: Quia, inquit,
in dei sapientia non cognouit mundus persapientiam 1. Cori. 1.
deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos
façere credentes. Stultum enim fecit deus sapientiam hu-
ius mundi. Nam omne quod natum est ex carne, caro est. Iohann. 3.
Quam ob rem Ambrosius libro Epistolarum. 10. Episto-
la. 39. Non glorabitur omnis caro in conspectu eius, id
est, nemo se placere deo per mundi sapientiam putet,
quæ tota æternalis est, & à uera sapientia cum omni ua-
nitate sua destruitur. Dominus enim cogitationes homi-
num sat, quoniā mīnūtū sunt. Et subdit: Siue contem-
platio creaturarum, siue sacrorum series uoluminum,
siue scientia differentium, synæro & assiduo testimonio 1. Cor. 3.
prædiat ueritatem, neq; qui plantat est aliquid, neq; qui 1. Cor. 2.
rigat, sed qui incrementum dat deus. Theologia crucis
est, que diat non minus fidenter quam uere Sermo me-
us & prædicatio mea non erat in persuasorijs humane
sapientiae uerbis, sed in estimatione spiritus ac potestate
ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in po-
tentia dei. Et sapientiam, quam ego loquor, nemo prin-
cipium huius seculi nouit. Et in alio loco, Iesum prædi-
camus & hunc crucifixū, nō prædicabat gloriā, sed cru-
cem, quia gloriæ particeps nō effidemur nisi per crucē.
Necessæ est moriatur caro prius quam obtingat gloriam,

Galat. 5. Si ergo gloriari uolumus , nos gloriari oportet tantum
2. Cori. 1. in cruce domini nostri Iesu Christi . Et qui gloriatur , iū
 non in se , sed in domino glorietur . Hanc crucis Christi
 gloriam , sapientia mundi non nouit , philosophica com-
 menta non consequuntur , neq; sophistis cauillis patet .
 False Lutherus temerarius & præsumptuosior censem-
 tur , quia per theologos inflatos , sensu carnis sue ,
 astruit euacuari crucis theologiam . Sententiariorum
 enim libri non uno loco hunc odorem efflant , quo sub
 odorari licet , præsumptionem , fastum , arrogantiam , pe-
 nitissime inditam suis autoribus . Quando auditur cru-
 cis Christi præconium in scolis ? In nugae simis solum
 nugis uersantur , in quidditatibus , hæcictatibus , forma-
 litatibus , & id genus mille argutijs , imo oaosis uanita-
 tibus totum tempus insumunt , & misere se se exauri-
 unt , quibus pessime cedet , q; posthabito , ne dicam deser-
Iohan. 7. to puro Christi fonte , unde flumina fluunt aquæ uiue ,
 ad turbulentissimos latices , & crenosas lacunas philoso-
 phorum & humanarum traditionum defecarunt . Ma-
Hiere. 17 ledictus enim qui ponit spem suam in homine . Et Pau-
Coll. 2. lus : Videte , inquit , ne quis uos deapiat per philosophi-
 am , & manem fallaciam , secundum traditionem homi-
 num , secundū elementā mūdi , & nō secundū Christū .

Propositio sexta .

Libidinem corrumpendę scripture īā
 ferme trecentis annis patitur ecclesia ,

incomparabili danno suo, a doctoribus scholasticis.

Condemnatio Parisiensium.

Hec propositio est falsa, stulte & maliciose asserta.

Confutatio condemnationis.

Quod libidinem corrumpende scripture passa sit Ecclesia, declararunt abunde Lutherus, Carolostadius, Philippus Melanchthon, Oecolampadius, libellis editis, & ante hos insigni doctrinæ clari, qui his diebus, diuino favore è tineis & situ, quibus imputruerant, in lucem subierunt Vucsselus & Gochius, & alij plerique, quibus omnibus fidem adhibemus indubitatissimam, quatenus eorum bene scripta, non potestis uerbo dei conuellere, cum uerbo dei sint consentanea. Neque mirum uideri debet, si hanc propositionem ueram afferimus, Nam quis non uidet theologiam scholasticam pardalem magis Pelagianorum maculis uariegatam? id quod unius debemus Aristoteli, cui ut basi & fundamento innititur tumida illa humanae theologie machina, in cuius celso sedet arce Pelagi fortis heros. Sed turris hec Babylonica harenæ non petræ soliditate fixa cum luistro, giganteis fratribus & hebreis superis æmula facta, ruanam deo ausspice minatur. Nam fluminū illis, que fluunt impetu de libano succussa, & gladio spiritus tenet brata, tum lapillis illis sacre scripture petita subruitur

Aristoteles fundamētū turris scholæ stiorū, in cuius ueritate sedet Pelagius.

quassatur & collabitur. Quid reliquum est, q̄ ut deū in-
clamemus ardentiſimis uotis, ut his letis initij noui
conatus, letus respondeat exitus, ut ad nos redeant pu-
ra, christiana, salutaria euangelij uerba, quibus imbuti,
quibus occupati, quibus in decum subiecti, ab hac lucta
qua cum laruis pugnamus, ascendamur, deæbriemur,
absorpti Christi amore. Veritas propositionis patet, cō-
menta scholiorum cū diuinis ſatis, fideliter conferenti.

Propositio septima.

Theologi scholastici Aristotelis mora
Ita prorsus conuenire mentiti sunt cū
Christi Pauliq̄ doctrina.

Condemnatio Parrisiensium.

Hac propositione impudenter, & falſo
Theologis scholasticis imponit scrip-
tor, quod non eſt uerum, quanq̄ ſatis
exploratum ſit in multis, moralia Ari-
stotelis, cum Christi Pauliq̄ doctrina
consentire.

Confutatio condemnationis.

Roma. 3. Mentiuntur qui carnalem Aristotelis sapientiam ſpi-
ritu ſancto dignam garriunt. Prudentia enim carnis ini-
mia eſt deo, et legi dei non eſt ſubiecta, neque enim po-
test. Et qui in carne ſunt, deo placere non poſſunt. Cara
enim concupiſat aduersus ſpiritum, & ſpiritus aduera-

sus carnem. Vera autem sapientia est donum spiritus, Hieron.
 quod per Hieronymum superius docuimus, sicut scri-
 ptum est: *Quia apud te est fons uite &c.* Et ipse fons
 lumen est. Vnde Augustinus psal. 41. Si fons est, & lu-
 men est, merito & intellectus, quia & faciat anima au-
 dam scientia, & omnis qui intelligit luce quadam, non cor-
 porali, non carnali, non exteriore, sed interiore illustra-
 tur. Est ergo fratres quaedam lux intus, quam non habent,
 qui non intelligunt, ut iam non ambulantes, sicut gentes
 ambulant, in uanitate mentis sue, obscurati intelligentia
 alienata a uita dei per ignorantiam, que est in illis, pro-
 pter cecitatem cordis ipsorum. Si ergo illi obscurati sunt in-
 telligentia, id est, quia non intelligunt, obscurantur, ergo
 qui intelligunt, illuminantur. In illius luce lumen inob-
 scurabile, lumine hoc desiderare quendam fontem, quoddam
 lumine quale non norunt oculi tui, cui uidendo lumini, oculi
 interior preparatur: Cui hauriendo, sitis interior in
 ardescat. Hæc Augu. Cuius uerba si fixius expanderis,
 uidebis quam nihil genibus sit deferendum. Conueniunt
 itaque ethnica & moralia, cum Christi Paulique doctrina,
 ut prudenter carnis cum prudenter spiritus, ut mendacium cum
 ueritate, ut lux cum tenebris, ut deus cum Belial, ut denique
 uita cum morte. Quid facit, ait Hiero. cum psalterio Ho-
 ratus, cum Euangelijs Mart, cum Apostolis Cicerio. Neutri-
 tales istos Aristotelicos, sive diuersam ab hac tenere sen-
 tentiam, quippe quibus parum cognita est, uer.e fidei

Augustin

Psalm. 35

ratio, & charitatis cognitio. Cessent igitur, & sibi tem-
peret theologi scholastici, sacras literas osat anter lectas
pro sua libidine temerare, & nobis sua somnia pro lege
Euangelica statuere, non sine christiane rei dispendio,
quando oculos recuperunt, quos tot annos prestigijs fa-
sanarunt. Verum si uerbum dei adferant, omnem reue-
rentiam impendere, omnem fidem adhibere, & pro-
pensum animum referre erimus paratiissimi. His itaq;
contenti, finem faciamus, hoc unum praecantes, ne Sor-
bonia doctores, post hac tam sint sententiariis addicti,
ut ab his dissentire flagitium uideatur, quippe qui cum
iudicio & delectu sunt legedi. Multa bene, rursum plu-
rima male, memorie tradiderunt. Quare consultissimum
fuerit literarum studiosis ad scholasticen respicere qui-
dem, ne eam captantes, hamum una inglutiant, sed ad
ea se studia conferant, que suspensa hædera nihil ha-
bent opus, que non egent precone, satis per se laudata.
hoc est, Euangelia & Apostolica, que ad bonam men-
tem sunt profutura.

A D D I T U R E T H A E C P R O P O S I-

tio, ex libro de captiuitate Babylonica.

In Dionysio, qui scripsit de cœlesti hie-
rarchia, nihil ferme est solidè eruditio-
nis. Et oīa sunt illius meditata i pñfato li-
bro, ac somnijs ppe simillima. In theo-
logia

logia autem mystica principiosissimus est, Platonicas magis quam Christianizans, in ecclesiastica uero hierarchia ludit allegorij, quod est ociosorum hominum studium.

Condemnatio Parricidensium.

Hæc ppositio est falsa, temerarie & arroganter asserta, ac uiro sancto insigni eruditione claro iniuria, quem Damascenus disuinum areopagitam Pauli discipulum, sacerdotium, & dei loquètissimum appellat.

Confutatio condemnationis.

Demiror quid diuo Hieronymo in mentem uenerit, quod cum omnium insigniter eruditorum catalogum conscriberet, quorum dignam posteritati commendaret memoriam, hunc quisquis fuerit Dionysium preterierit silentio. Non fit mihi uerisimile Hieronymum tam supini incuria uiros tum uitæ sanctimonia claros, tum eruditione præcellentia numero complexum, ut & huius Dionysij uocabulum lateret, si tantus esset reuera quantus Damasceni uerbis fortasse in hac parte male sobrijs prædicatur. Ad hæc Genadius ille qui post Hieronymum, hanc eandem operam assumpsicerat, referens si quos prætermisisset Hieronymus, tamen nihil huius meminit Dionysij. Quin & Erasmus Theologie rei Erasmus studiosissimus & interpres, ex tribus Dionysijs unum

R

tandem nobis emersisse colligit in principio quarti tom*ii* Hieronymiani, quo sit ut suspecta mihi sint que Dionysio Ariopago tribuuntur, quando quid cui debeatur inerti sumus. Verum quoniam Iohanni Damasco (a quo uel sententia parum differre non sine herc^o scos suspitione licet) apud theologos uisum est hunc illum esse ariopagitan Pauli didascolum, necessum est, & quasi consequens uidetur ut hic liber quem de cœlesti Hiarchia inscriptum legimus, inter canonicas scripturas consenserit. Tam hodie sunt iurati in Damasco: nnon, & sententiarios theologasti ut male audiat quisquis uel ad latum unguem parum reverenter ab his disfentiat tam opiniosis dogmatis, magis putantes auctoris nomen quam uerbi dei ueritatem, quare cum Esaiæ:

Esa. 3. loquor, Vae qui diatis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Vae qui sapientes estis in oculis uestris, & coram uobis ipsis prudētes. Et alibi uidetur de hac nostra etate uatianatus pro-

Esa. 30. pheti: Populus ad iracundiam prouocans est, & filii mendaces, nolentes audire legem dei, qui dicunt uidentibus, nolite uidere, & aspicientibus, nolite aspiciere, loquitimini nobis placentia, & set a facie nostra sanctus Israel. Nunc hic finem faciamus. Valete in Christo Iesu domino nostro quicūq; in harum annotationum lectionem inaderitis, & precor candide, fauetote nostro conatui.

Si quid mordacius diximus, aut rei indignitati, aut no-
stræ infirmitati donare, nā quod videbitur peccatum igno-
sa cupimus, ne qd hic mali nobis acersamus, oēs enim
in Christo diligimus Christianos, qbus Chri-
stus uere est cur.e?

M. N. PARRISIENSIBVS SALVTEM
ET SANAM MENTEM.



AEC SVNT EXIMII MAGI
stri nostri, quæ pauis occurrerat obijā
enda uestræ cōdēnatiōi, & quæ Luthe-
ro uidentur suffragari, quod si quæ per
zelum in diuinās literas intēpcrātiūs
exāderint aut ebūctinata sint, comiter quæso interprete-
mini, benignèq; accipiatis, id quod et uestræ interest p-
fessionis & rei negotiūm premeret, quicquid enim frā-
mus, pio arte animo feāmus, ut et nos huius condemna-
tionis authores, & quoscunq; alios ueritatis studiosos
ad doāndūm euocāremus. Ne si conniuenter cum ue-
stra condemnatione ageremus, ueritatis periclitaretur
ratio. Non inuidēbimus tamen, si qui longe felicius hæc
tractaturi sint, neq; rursum probri loco habituri, si lap-
si nonnullis locis connuincamur. Nam ut hic noster la-
bor potissimum ijs desudat, qui uel parum promoue-
rint in re theolo ḡia, etiam num in primo hærentes. li-

mine, tantum abest, ut magnis theologis legenda offer-
re uelimus, ita & in arduis defuisse conatus tyronibus
omni gloria non potest carere, quanquam interim nihil
minus q̄ gloriam sedemur. Pertinaciam omnem & pre-
fractam œruicem detestamur, tantum diuini uerbi pabu-
lum impatienter esurimus, quod nisi quam primum uos
administraueritis, pitiosum uestrum de Lutherio iudi-
cium, ut tragica furiosorum hominum uerba, ut bullata
Bardorum nugamenta, & insana omnia in antichyram
relegabimus. Contra, tum uos pastoris uocabulo, & ma-
gisterij titulo dignos anschimus, cum pastum uerbi dei
per manus uestraras exæperimus, cum uos uerba dei so-
nare audierimus. Iuxta illud Hieremias, Cum uenerit
uerbum eius tunc saetur propheta quem misit dominus
in ueritate. Interea nostri tenuitatem ingenij, & propen-
sum arte, si non felix, in piis literas studium boni obse-
cro consulatis, & fauore prosequamini. Quod si omni-
no hæc Christianorum lectione indigna uidebuntur,
vulcano tradantur, aut in fpongian denuo redeant, hu-
miliora enim sunt que de nobis sentimus, quam ut pro
oraculis haberi uelimus, quecumq; a nobis profiiscun-
tur. Offerimus ergo cuiuis Christiano, hæc nostra corri-
genda, aut perdenda ut libebit, sed per uerbum, quod
fieri æquum est, & protestamur nihil pertinacius defensi-
ros qd' cum ueritate pugnet, Valete.

Ad Kalendas Iunias. 1521.

DISPVTA

TIO HABITA GRVNIN

GAE IN AEDIBVS

PREDICATO^z

RVM, IN^z

ter Domini=

canos atq;^z

saardo

tes Ecclesiæ Diui Martini,

A N N O redempti orbis

1523. in ferijs di=

ui Magni^z Pō

tificis Gre

gorij.

ERUDITISSIMO ATQUE OMNI=
 BVS DOTIBVS MAXIMO
 D. PETRO AQVENSI
 Canonico apud diuinū Mar
 num Monasterij.



ON ITA DVDVM EST
 quod nouis subinde literis me exā=
 taris in uicariam scriptionē, en no=
 uis fabulator ueteri amico obstre=
 po soleo aliquoties deplorare hoc
 prolapsam synceritatem doctrinæ
 Euangelicæ, ut nullum sit illius uestigium, quod nō con=
 taminarit hæc noua nostri orbis theologia, cuius auto=
 rem Aristotelem stāmus. Optimum certe quiddam con=
 tigerat diuo Aurelio Augustino, quod in Academicorū
 sectam ināderit, qui ita inuestigant omnia, ut arti ni=
 hil pronunient, sc̄aebatq; nonnihil ad mutandos Au=
 gustini animos Ciceronis Hortēsius, q; ille liber, non ær
 tan aliquam sectam temere arroganterq; approbarit,
 Sed quod eos docebatur audiendos philosophos qui quam
 proxime accederent, ad rei ueritatem, quam inuenisse
 philosophiæ caput est, nos his prophanis philosophis,
 hoc certe plus sumus stupidi, plus iniqui, quod cæco no=br/>stro arbitratu statuimus, nō quæ habet ueritas, sed quæ
 nostris affectibus uisa sunt optima, iam si nobis fauerit

Aristotelica autoritas, quid non audemus? quo superatio non pronundiamus ea que ex huius bestie fortassis licet scriptis statuere, perinde quasi mox doctrina sit Euangelica, quicquid ex illius licet scriptis statuere. Audiui olim adolescens, à candidissimi pectoris D. The sone viro certe tota uita laudatissimo, Aristotelican philosophiam non minores pestes inuexisse in ecclesiam, q; olim impij dogmatis assertor inuexerit Arrius. Quod si tanti uiri exigua uidebitur diændi autoritas, Addo uetusissimum patrem Cypriani magistrū Tertulianum libello de hæretorum præscriptionibus in hæc uerba. Hæ sunt, inquit, doctrinæ hominum demoniorum prurientibus auribus natae, de ingenio sapientiæ secularis, quam dominus stultiam uocans, stulta mundi confusione etiam philosophiæ ipsius elegit. Ea est enim materia sapientiæ secularis, temeraria interpres diuinæ naturæ dispositionis. Ipse deniq; hæreses à philosophia subornantur. Hinc ille iuxta Apostolum uitandæ illæ fabulæ & genialogie indeterminabiles, & questiones infructuosæ & sermones, serpentes uelut cancri, à quibus nos Apostolus refrenans nominatim philosophiam, & inanem seductionem contestatus, aueri optere, scribens ad Colloßenses. Videte ne quis sit circumueniens uos per philosophiam & inanem seductionem secundum traditionem hominum, præter prouidentiam spiritus sancti, fuerat Athenis, & istam sapientiam hu

manam, adfectatriam & interpolatriam ueritatis de
congressibus nouerat, ipsam quoq; in suas hæreses mul-
tipartitas uarietatis sectarum iniiciam repugnantium.

Refratiat Quid ergo Athenis & Hierosolymis? quid Academicæ
orbis. & Ecclæsiæ: quid hæretias & Christianis &c. Verum
exeatat hodie subinde suos Christus, atque nouo spiritu
dit. at capaces animos, quos ad Euangelicam philosophi-
am ille apparat. Quanquam neq; hodie desint ueteris
erroribus studiosi p. atroni, quibus non est consilium ita
abijcere scmel imbibitam philosophiæ, quasi illa officia. at
ad rem theologiam, connituntur iij improbisimo studio
simul disapuli esse & Aristotelia & Euangelia. At qd
nesa. at, quām ægre hi duo spiritus cohæreant? Verum
nonnulla spes affulsit fore, ut prorsus excutiant uete-
rem philosophiam. Nempe qui nuper aggressi sunt in-
uestigare de rebus theologicis. Magna quædam spes est
fore ut ad paschales ferias plenum phase faciant, ab Ari-
stotele ad Paulum, à Moyse ad Christum, à lege ad gra-
tiam, à carne ad spiritum, à seruitute ad libertatem, à
metu ad hilaritatem, etenim ille nonnihil defeat à pri-
ore autore, qui de illius dogmatis ausus est addubitare
is nonnihil promovit ad doctrinam Euangelicam, qui
candido pectore inquirit illius prescripta, qui discutit,
qui uersat, qui meditatur, qui disquirit quæ sunt optima
amabo igitur atq; toto pectore adamabo nostræ ciuita-
tis Dominicanos, si feliibus auspicijs, partim persuasi

Aristotlem exuti, Christum induant. Id autem fieri si uelint admittere cordata consilia, habeat suam laudem theologia scholastica, uerum Paulinae theologie primas Theolog. demus oportet. Philosophi, inquit, Tertullianus, in Apo scholasti logetico aduersus gentes capi. 46. affectant ueritatem, ea sua me & affectando corrumpunt, ut qui gloria captant, Christiani eant necessario appetunt, et integre prestant, ut lau- qui saluti sue curant, adeo neq; de scientia, neq; dis- plina, ut putatis, ex quamvis. Igitur quando apud nostras res florescunt studia optima, est sane quod mecum gau- deas uir crudissime. Mibi uti dixi eximia quedam spes affulxit fore, ut honestissimus nostri municipij sacerdo- tum chorus, melioribus se se studijs nuncupet, quando nuper pulcherrimum sui prebuerint speamen. Siquidem prouocati a Dominicanis in disputationem schola- sticam non invalidis certe argumentis, contra fecabant ar- ma, prodibant in hanc disputationem. M A G I . H E R - M A N N V S Aberingius legum doct^r. M . I O A N - N E S Timmermannus. M . G E R A R D V S Pisto- ris. M . N I C O L A V S Lesdorpius gymnasiarcha, quos ob id uisum est monumentis consecrare, q; hoc mo- do plurcs extimulandos putem ad studia optima, si per spexerint eos uiros neutiquam orbi esse incelestres, quo- rum fauore atq; industria, recta studia habent optime, uerum hanc laudis partem debemus nostre auitatis pastoribus, Vuilhelmo, Frederico personae personatus

artium liberalium magistro, Medianæ doctori, omnissimisq; melioris eruditionis assertori præcapuo atq; Magistro Eucrado Largis legum doctori ornatissimo, q; hi in eam pugnam sacerdotum animos inatarunt, Addct sp̄ero hic congressus multis stimulos ad meliores literas, dabuntq; grauiter operam tum cleria, tum nostri Dominicani quo in huiuscmodi disceptationem quam illi nouam instituit, adferant sana dignaq; cruditis theologis, Fadent id potissimum si confexerint grauio litterisq; exāpi si uiderint toto orbe lectit. rī suas disceptationes. Atqui ut ego fatear quod res est hac potissimum causa hanc nouam pugnam ebuccino non quod ullius famam foeda macula aspergam, sed quo illos exatem ad literas optimas. Quas subiecta conclusiones nostri Dominicani collatis nervis nitabantur statuere, euocabant in nouam disceptationem, omnis ordinis omnis conditionis uiros, Procesit musarum conuentus, atq; in ferijs diui Gregorij literaria pugna conseruere manus, huius rei nos tibi fabulam agimus, uerum non hec ibi citata sunt omnia, exauxi paucas eam disceptationem neq; enim pauculis horis licet tot autoritatum maria effundere, sercebant pleriq; adhuc traitos sub pectore textus, At omnia de promere non sinebat temporis ratio Nos igitur si quid exauximus, inde est quod illi posterant in eum confessum de prompſisse, si ita fuisse fugacissima tempora. Valc.

GRVNING AE.

 Trū Christus bñdictus ab ho
ra sue natuitatis sacerdos simul fuerit &
im̄pator, atq; an hoc sua meruerit p̄ssiōe.
Sacrosanctum post monarchias quatuor
iuxta Danielis pr̄sigia in piū Christo uero deo & ho
mī secundū eius humanitatē ab initio sue benedictæ
natuitatis inabdiabilit̄ traditū sacerdotale simul &
monarchicum est, quare multarum rerū nō modo dono
& facto proprio acquisiuit proprietatem, uerum omni
um infusum habet dominium.

Primum corrola. { Ea propter utriusq; gladij autoritas apud
Romanum ponificiem Christi regis re-
gum, & summi sacerdotis uicariorum ple-
nario iure residet, quorum alter ab ec-
clesia est utendus. Alter uero pro & non
ab ecclesia est euaginandus, sicut & im-
perator Romani pontificis autoritate in
casu uenit deponendus.

Secūdū corrola. { Cum Christus uerbo & exemplo altissi-
mam docuerit paupertatem, ad supremā
in temporib; monarchiam dignitatem
simplex religiosus nequaquam inhabilis est,
quo sit ut ciuile dominium super uniuers-
um orbem habere posset.

Christus Eccl̄sie sponsus ta m̄si Romano pontifici in

DISPUTATIO

temporalibus indixerit generalem amministrationem, particularem tamen minime, quam ita apud imperatorem esse uoluit, ut nullus contra eam prescribere posset. Habetur enim melius electione quam successione imperator, proinde non minus atq; Octavianus Christi uices gerit in terris.

Imperatoris igitur autoritas, tallias impone
 Primum { re, bellum mouere, usuras, lupanariaq; per
 corrola. } mittere potest. Iudeorum autem usuras ab
 eis amouere tenetur.

Quia omnis potestas ad honorem & utilitatem eius à quo est exerceri debet, siccq; quilibet princeps dei & ecclesiæ uicarius tenetur in hereticos primū, deinde in legem dei manifesti delinqüentis congrua cohortione etiam usq; ad carnis interitum animaduertere, Vtraq; potestas suis legibus subditos in conscientiae foro, obligat nocentem, in casu liberat eius pœnam mitigans, Innocentem uero cognitum talem nonnunquam iuste condemnat, Euangelica tamen lex plus Mosayca eorum statutis grauata.

Vnde Romanus pontifex sicut Canones cōdere etiam contra quorumcunq; doctorum determinata, modo non, aut contra scripturam, aut contra priorum quatuor consiliorum sint dictata, potest ita in uols & iura

mentis dispensare. Cæterum religiosos, aut
 in sacris constitutos, ab horum lectione peni-
 tus absoluere potest minime.
 Secundū Christus pīnde benedictus ab hora suæ na-
 tiuitatis saerdos fuit simul & imperator atq;
 hæc sua meruit passione.

INPERTINENS PHYSICALE.

Legi naturali & si repugnet mundum incœpisse,
 ipsum tamen accepisse esse potest non ueritati compro-
 batur, ita ut nec locus sine corpore, nec eontra, ita nec
 vacuum quo tamen posito, & si motus in eo fieret, non
 tamen in instanti.

Titulus quæstionis affirmatiuæ.

S A C R O sanctum, post monarchias quatuor, iu-
 xta Danielis presagia imperium, Christo uero deo &
 homini secundum eius humanitatem ab initio suæ bene-
 dictæ natuuitatis inabdicabiliter traditum sacerdotale si-
 mul & monarchicum est, quare Christus multarum re-
 rum non modo dono & facto proprio acquisiuit pro-
 prietatem, rerum omnium infusum habuit dominum.

M A G I S T E R H E R M A N N U S Abergius
 legum doctor. Equidem quando de monarchijs facta est
 inquisitio, pulcherrimum foret hic Philonis atq; Annij
 monumenta referre, quando præter unum Philonem ne-
 sāo, quis hic sit alius probata fide chronographus. Ve-
 rum multa euoluere non finet temporis ratio. Igitur q

Christi genitores optimi nituntur Christo, iuxta assumptam humanae naturae regnum asserere, vel hoc solo nomine videbitur absurdissimum propter Nathan, non per Solomonem Christus ducat originem. Quin et sacratissima uirgo Maria, non per Solomonem traxit alta principia, sed per Nathan, ut intelligent patres nostri, Israëliticum regnum, iuxta assumptam carnem nunquam contigisse Christo, quando unica Salomonis posteritas succedentia functione illi regno semper sit substituta. Christus autem quoniam ex linea Nathan duobat originem, inter eos erat, quos Philo atque Annus, Abiasarim dicunt fratres uidelicet atque nepotes Salomonis, quos ita uocabant Hebrew, quod poterant euocari in regnum, si Salomonis posteritas defessa esset.

Cum Christus et uerbo et exemplo altissimam docuerit paupertatem, ad supremam in temporalibus monarchiam dignitatem simplex religiosus nequam inhabilis est, quo sit ut aule dominium superuniuersum orbem habere potest.

Et hoc Corrolarium ita eludo. Cum Christus et uerbo et exemplo, fugerit dignitatem publicam, certe ceterus inhabilis est, quatenus Christi uoleat esse imitator. Religiosus igitur, qui absolutum profitetur christianum, tota uita inhabilis est. Maiorem sic assero. Exemplo fugit, Iohannis. et uenerunt ut raperent et facerent cum regem et c. L E C T O R. Rex esse noluit, ideo rex

Religiosus inhabilis est ad monarchiam digni.

non fuit? Quæ consequentia? DOCTOR Abe. Certe optima, alioqui quis multum coegerit imperium suscipere quando & in iudicem vocatus, iudex esse noluit. LU-
CÆ. 12. Hoc exemplo docuit fugiendos honores etiam ultro oblatos tantum abest, ut cuiquam licet Christia-
no cœca ambitione uenari negatā monarchiam, ut olim Conſtantinopolitanus Antistes Ioannes. Verbo quoq;
docuit Christus hunc dignitatis apiam fugere. MATTH.
17. Prinæpes gentium dominantur eorum. Non ita erit
inter uos, sed quiq; uoluerit inter uos esse maiorem &c.
M A G I S T E R noster. Nō his uerbis Christus Apo-
stolis interdixit orbis monarchiam, sed tante submonu-
it apostolicos satrapas, ne Ethnicorum principum more
impia tyrannide suos premerent, non Ethnicorum mo-
re dominaretur. A B E. Mihi arte id non probabitur,
cum dicat Christus, Quicq; uoluerit inter uos esse ma-
ior, non ait, quicunq; uoluerit inter uos exercere ini-
quam tyrannidem. Minorem sic statuo, qui dicit se in
Christo manere debet, sicut ille ambulauit, & ipse am-
bulare. 1. Iohannis. 2. Christus autem tota uita fugit am-
plissimam dignitatem. Igutur inhabilis est religiosus, si ta-
men ille uoleat Christi esse imitator. Ita & Apostolus do-
ctet, non altum sapere, sed humiliibus consentire, ad Ro.
12. ita ad Philipp. 12. humilitate superiores inuicem arbi-
trates, ita. 1. Pe. 5. humilitatem inuicem insinuate.

Iam ut mittamus ista, miror patres optimo, hanc

orbis monarchian uni Petro vindicare, quū Lucas nar-
rat Petrum, non ut monarcham, non ut primā p̄m, sed
ut euangelicum militem ab ecclſie senioribus missum
Samarian, Act. s. L E C T O R. Non est missus Petrus
ueluti ordine inferior, sed ut primas apostolica ordi-
nis, qui eam legationem fuerat grauiter obiterus. A B E-
R I N G I V S. Si Petro nusquam non constabit apostoli
a ordinis suprema dignitas, quid est quod non Petrus,
sed Iacobus respondit ad Iudeorum quæſtionem. Actu.
15. quando tamen ipſe Petrus synodo aſſidebat. M A-
G I S T E R noſter, Pulchre orauit doct̄r, gratiam ha-
beo. A B E R I N G I V S. Si ita placbit theologis ali-
Christus uid inſero Christi imperiū, ut hic eximijs theologi rē pa-
neq; ſacer rū intellectam torquēt, neq; ſacerdotale, neq; monarchi-
dos, neq; cum eſt. Neq; enim ille fuit aut ſacerdos aut imperator,
impator. qualem uos cum fingitis, Regni temporalis monarchia
nunquam contigit Christo. Sed neq; ſacerdos fuit quales
ſumus nos, qui alienum ſanguinem offerimus. Regnum
meum, inquit, non eſt de hoc mundo. Iohannis. 6. Neq;
enim unquam imperatorem egit Christus. Igitur neq;
huius uicario Romano pontifici licet imperatore age-
re. Spiritualem Christi monarchiam (de qua dictum eſt
Pſal. 2. Postula a me et dabo. Et Pſal. 91. Quoniam tu
h. creditabis in omnibus gentibus. Et. s. Omnia ſubieci-
ſti ſub pedibus eius. Et Matth. 28. Data eſt mihi omnis
potestas) uos torquetis ad mundanum ſtrepitum, hoc
modo

modo , Christus secundum humanitatem in mundo sa-
cros fuit & imperator , igitur huius vicarius Roma-
nus pontifex &c. Neq; aduentunt patres optimi in Chri-
sto nihil fuisse crassi , sed omnia spiritualia . Nam & ipse
spiritus , deus inquit spiritus est . Iohan . 4 . Sed in scriptu-
ris , Christi regnum dicitur aeternum . Danielis . 3 . Et reg-
num eius regnum aeternum . & . 6 . Regnum eius non dis-
sipabitur . Esaiæ 9 . Multiplicabitur eius imperium , &
psal . 35 . Da imperium puerō tuo . Christus igitur iux-
ta assumptam humanitatem non habuit omnium rerum
infusum dominium , ut patres nostri rem parum intelle-
ctam sunt interpretati , quando illum pater non impe-
ratorem misit , sed propiciatorem per fidem in sanguine
ne ipsius , ad Roma . 3 . & . 1 . Iohan . 2 . & . 4 . Et Esaiæ 61
dicitur a patre ouis destinatus ad victimam . Propter sce-
lus inquit , populi mei percussi eum , sicut ouis ad occisi-
onem duetur , Audi quid Christo iuxta assumptam hu-
manitatem promisit pater , non utiq; imperium , non reg-
num , non gloriam , sed quid ? Non est , inquit , species ei ,
neq; decor . Et desiderauimus cum despectu , &c. L EC
T O R , Heus tu , Euolutio prophetarum oracula , repe-
ries ubiq; Christo & sacerdotium promitti & imperium
Audi Zachariæ uatlaniū cap . 6 . Eae uir oriens nomen
eius , Et edificabit templum domino , & dominabitur
super solio suo , Et erit saeculos super solio suo . Et erit
consilium paes inter illos duos . A B E R I N G I V S .

Vaticinatus est hæc domini prophetæ de spūali Christi
imperio, quo ille in recte crede ntium animis sibi solium
præparat, iuxte illud, Anima iusti sedes est sapientiæ,
Verum ne quid ad dubites de meis interpretationibus,
diui Hieronymi commentarios in hunc locum expon=
de, æernes quam non sis prorsus prophetæ vaticinium
assuscitus.

Vtracq; potestas suis legib; subditos
in consentiæ foro obligat, noætiam in casu liberat, eius
poenam mitigans. Innoætem uero cognitum talem non=
nunq; iuste condemnat, euangelica tamen lex plus Mo=
sia et eorum statutis grauata non est.

S V P R I O R, M ror patres nostros tam prorsus
temere hanc nobis uniuersalem obtrudere, Vtracq;, in
quiunt, potestas, perinde quasi quidlibet illis licet sta=
tuere, ob id duntaxat q; potestates sint. Et quid si roma=
nus pontifex defascat a fide num ob id illi licet quæ=
libet præscribere, q; potestas sit? imo nobis tum uenit iu=
dicandus atq; arguendus, tantum abest ut illi quicquā in
nos licet, per fidem qua Christum professus est filium
dei, Petrus ligandi pontificium meruit, ecquid? si ille in
Cayphæ ædibus degenerasset in sathanam, nunquid cla=
ues secum tulisset Petrus, quo illi adhuc licuisset hanc
potestatem in nos exercere? L E C T O R, Et nos olim
pueri didicimus, ob hæresim suam maiestatem decide=
re Pontifici. S V P. Igitur si ob hæresim non est audi-

endus Pontifex , quid hanc nobis uniuersalem statuis,
Vtraq; inquis, potestas &c. Perinde quasi nihil illi non
licet, hoc duntaxat nomine q, potestas sit, uerū tam est
hic patrum error crassus ut non mereatur crudita re-
sponsat alioqui quid est quod Paulus obiurgarit Petrum
ad Galat. 2. quid est q, Paulus nusquam non clamitat cui
tandos pseundo apostolos, qui psonata sanctimonia impe
rite multitudini uenerabiles, in mendacio loquebantur
de doctrina demoniorum. 1. Timoth. 4. quid est quod Io
hannes clamitat cauendos Antichristos, quos iam in
mundum exisse assertit. 1. Ioh. an. 4.

M A G I S T E R I O H A N E. Timmermannus, Ita
inquiunt patres, Vtraq; potestas, Ego autem ita, Ne
tra potestas suis legibus ad peccatum obligat, nisi id præ
cipiat, quod præcepit Christus, non licet cuius ponisti
a ad dei legem aut addere aut tollere, Dcut. 4. A poste
lius non solet Corinthijs præcipere, quod à domino præ
cipium non habuit, solet rogatus cordata dare consilia
1. Corin. 7&c. 2. Cor. 8. Non quasi imperans dico. Consi
lium autem in hoc do &c. ita & Apostoli iubentur non
suum sed Christi annuntiare Euangelium, Mari ultimo
Euntes baptizate omnes gentes, doantes seruare eos,
non quilibet, sed quecunq; mandauit uobis, Ita & Pat
ius nusquam nō clamitat se Christi negotium agere, atq;
illius se prædicare Euangelium, ad Gal. 2. Creditum est
mihi euangeliū, & ad Corin. 4. Non enim prædicta-

mus nosmetipos, sed dominū Iesum, nos autem seruos eius, & ad Roma. 1. segregatus sum in Euangeliū dei ita quoq; ut apud Galatas sibi autoritatē afferret, testatur non suum esse euangelium, non humana commenta, non traditiones hominum sed Euangelium dei, quot Argumen ab ipso Iesu Christo didicavit. Quis hic dicturi fuerint Galatae, si Paulus suopac ingenio nouum aliquot Euangelium conflagassetque illi fuisse diandi autoritas? quis credidisset Paulo An non & Christus toto Euangeliō destomachatur in traditiones & mandata hominum,

Mathei. 15. & Mara. 7. ita & Collo. 2. secundum doctrinas & traditiones hominum. Addo Tertulliani au-

toritatem ex libello de prescriptionibus hereticorum, Nobis, inquit, nihil licet ex nostro arbitrio indulgere, sed nec eligere, quot aliquis de arbitrio suo induixerit. Apostolos domini habemus autores, qui nec ipsi quicq; de suo arbitrio quot inducerent elegerunt sed Acep- tam a Christo disciplinam fideliter nationibus adsigna- runt, itaq; etiam si angelus de cœlo aliter euangelisa- ret, anathema dicaretur a nobis, hæc ille M A G I- STER N O S T E R, His Tertulliani uerbis euange- licū ego sermonē oppono, Qui nos audit, me audit & c- T I M M E R M A N N V S, Christus ne sua annun- acent apostoli prius illos abduxit in montē, atq; ibi do- cuit quid fuerant docturi, Matth.e. 5. Igittur quando ea iubent ponentes, quæ insit Christus, arte audiendi

sunt ut ipse Christus, ita & Apostolus. 1. ad Tim. 1. Ponens me in ministerio Euangely sui, &c. 2. Cor. 5. Legatione fungimur &c. Etenim ut Christus patris sui causa, hic legatione functus est, nihil decens aliud quam quod a patre accepit, iuxta illud Iohann. 7. Mea doctrina non est mea, & Ioha. 12. Sicut mandatum dedit mihi pater sic loquor, & Ioha. 16. A me ipso non ueni, & Ioha. 14. A me ipso non loquor, ita suam quoque functionem Christus in apostolos transposuit, neque ipsis licet doare aliud, aut nouum euangelium condere, praeter id quod a Christo illis est creditum, iuxta illud ad Galat. 2. Credidum est mihi euangelium, sicut misit, inquit me pater & ego mitto uos, Christi iubentur annundare Euangelium non suum, Indicarat hec uario enigmate Christus, uerum tum potissimum, quum acceptos panes ipse diffregit, factosque a Christo Apostoli offerebant multititudini, uel hoc paradigmate satis clamitans, quales esse oportet at doctores sermonis Euangelici, Ut enim ille aggregatis turbis, in celo tendit obtutus, hac susceptione innuens, se nihil agere, nihil tradere, quod non accepisset a cœlesti pare, ita docebat doctores diuinæ sermonis nihil apponere simplicia multititudini, præter quod a Christo ipse accepissent, non e suis affectibus apponenter humana dogmata, non prophanam philosophiam, Christi admiscent Euangeliū, sed puram simplicemque doctrinam euangelicam, ea fide apponenter,

qua à Christo illam accepissent, nec nouis subinde diuisi
onibus turbis euangelicam alimoniam aliter frangerent,
quam eam fregisset ipse Christus.

NOCENTEM in casu liberat &c. Et hanc ita
impugno, non licet cuius etiam eximio principi quicq;
contra scripturas canonicas. Vt autem illae etiam studiosiss.
sime innocentem perdere, igitur potestas innocentem co-
gnitum talem nunquam iuste condemnat, Maiorem af-
fero, Deutero. 4. Non addes non tolles legi dei tui, Mi-
norem statuo autoritatibus grauissimis, Danielis 13. In-
nocentem & iustum non interficies, Si hominem indem-
natum non licet flagellare, Act. 22. qui poterit iuste ple-
cti, qui iam pronuntiatus est iustus? aut si id facient, quo
modo legum conditores iusta decernunt. Proverbi. 9. ita
& Nicodemus, Iohann. 7. Nunquid lex nostra iudicat
quenq;, nisi audierit ab ipso prius & cognoverit quid fa-
ciat? ita & Esaiæ uaticinium mirum, cur patres nihil me-
tuant. 56 Festinant, ut effundant sanguinem innocentem
& Iohelis 3. Effuderunt sanguinem innocentem, & Io-
ne. 1. Ne des super nos sanguinem innocentem. LEC.
Novente T.O.R, in casu diximus iuste condemnat. TIM Quid
potestas incertum fortuitumq; casum mihi ingeris, quasi proti-
dimittit nus generali lege sit liatum, quod in casu fortassis uide-
& quan bitur tolerabile. Ego hunc tibi nodum ita dissoluo, No-
do. centem poterit aliquando potestas dimittere, aut arte
mutare penam, si ita uidebitur noxij saluti expedire,

īuxta Christi iudicium de adulteria, Iohan. 8. It. & Au-
relius Augustinus apud Marcellinum iudicem pro Cir-
cūcellionibus intercessit. Innocentem uero, quis unquam
iuste damnat, si non locutus sum male, quid me cædis? **E V A N G L I C A T A M E N L E X**, Et hanc hu-
ius corrolarij partem ita impugno, Mosi lege cautum
erat, ne quis ab eo sumeret capitum supplicium, qui non
sponte patrasset hominem, quando & huius effugio
tres urbes addixerit, Nu. 35. Vesta autem potestas in
nocentem atq; iam pronuntiatum iustum, iudicat, quo
modo igitur Euangelica lex plus Mosaica eorum statu-
tis grauata non est, Euangelica lex, lex est libertatis,
qua nemini quicquam debemus, nisi ut inuidē diligamus
q; autem tributa damus magistratibus, non id facimus,
quo quicquam illis debeamus, sed ne illis simus offendи-
culo, aut arte ut his illi publicis commodis consulant.
Alioqui nullius pontificis, nullius imperatoris legibus
sumus subiecti, nisi quantū postulat christiana charitas
qua iubemur, & acceptam iniurion, & fraudem dissimu-
lare, I. Cor. 6. Quare nō magis fraudem patimini? Ia-
titabant iudei suam libertatem, q; nemini seruierint un-
q;, Christus conuinat eos peccatis suis seruos. Nos doct
liberos, quos filius nō Moses liberarit, Iohan 8. Euan-
gelica igitur lex, non solum ab humanis edictis, sed &
ab ipsa Mosaice legis seruitute nos liberat, ideo & pa-
lam liquet, plus esse libertatis in euangelio, quam in ue-

teri lege, cum ipsa lex sua natura nihil sit aliud quam ser-
Euangeli uitus, Euangelium nihil nisi libertas, modo magistri no-
rum est li- stri hanc euangelicam libertatem recte intelligent.

bertas spi L E C T O R , Ita ne igitur liber eris ab imperialibus
ritus.

edictis ? Certe poterit ille tallias imponere, usuras per-
mittere &c. T I M M E R . Et hoc quicquid est ita elu-
do, Imperator, quoniam Christianus est, frater noster est
eiusdemque corporis membrum, igitur neque nos quic-
quam debemus imperatori, neque quoque ille uiaissim debet
nobis, nisi ut inuidem diligamus. ad R. o. 13. Verum quan-
do publicus ille est minister, prospicere debet non suo
questui, sed commodis publicis, igitur si ob publicam re-
rum tranquillitatem, ille tributum exegerit, pendemus
non grauare quod postulat, quandoque nostris commodis
& paci militat publice. Cæterum si ille uolet cæsa am-
bitione exaugere suum satellitium, si exteris regibus
suas ostendare opes, si alea turpiter perdere, illi nihil de-
bemus, uerum si ille exegerit pendemus, non ut debitum
sed ne nostro strepitu turbemus publicam tranquillita-
tem neque enim temere resistendum est potestatibus, quan-
do deo resistit, quibus illius ordinationi resistit, Ferenda
etiam durissima exactio, modo ille ad impia te non im-
pellat. Augu. de auita. dei, libro 5 cap. 17. Quid interest
sub quibus regibus uiuas modo ad impia te non conpel-
lant. Porro licet nos pendamus quod illi exigunt, Prin-
cipi tamen euangelica autoritas, ut non licet tallias impo-

nere, Id si fecerit, iubemur nos ab apostolo tyrannidem
dissimulare, ille autem excusatus non est, immo reus est,
q; si reus est, qua autoritate patres mei assertunt principi
lære tallias indicere? M A G I S T E R noster, Audi
Apostolum ad Roma capi. 13. Omnis anima potestati-
bus subdidi. &c. Reddite ergo omibus debita, cui tribu-
tion, tributum &c. T I M M E R. Hoc huius epistole
caput, ut video à nemine non legi, ita à pauissimis ui-
deo recte intelligi, Nunquam intelliget qui uolet ea tr. t=
here ad ecclesiasticos proceres, ad ecclesiarum pontifi-
cēs, ad christianos magistratus, Ius sit hæcum Christus
tun apostolus ea tempestate quando nondum essent ulli
christiani principes. Pronoscunt agebant fideles cū
ethnicis. Paulus igitur ne quis putaret ob suscep-
tum christiani nominis professionem, lærere publicam ethni-
camq; potestatem contemnere, aut huius imperata negli-
gere, doct et nihil negandum impijs magistratibus, quic-
quid illi ceu suo iure exigunt, quod circa pictatis iactu-
ran licet pendere, non q; his quicquam debeas, sed ne
tua culpa perturbetur ordo publicus, ne illis sis offendix-
culo, quos oportebat tua potius modestia ad meliorem
mentem uocare, ita & Christus soluit didrachmum, nō
q; quicquam debere imperatori, sed ne scandalissemus,
inquit eos, Matth. 17. Igitur mea modestia qua sero pre-
mentem tyrannidem, non parit principi innocentiam,
ut illi licet qualibet ex cauſa tales imponere. Aposto-

lus ubi ad Christianos uertisset stilum. Cæterum, inquit,
inter uos nemini quicquam debeatis, nisi ut inuidem dili-
gatis, ad Rom. 3. quando & imperator & pontifex &
plebeius, unius simus corporis membra ac fratres inuidem

BELLVM
an-
licitum.

BELLVM mouere, Et hanc partem expugno,
Quero si Christiano ullum bellum sit licitum, qui iube-
tur a Christo & inimicos diligere, & tollenti tunicae,
pallium adiuvare, Matth. 5. & a Paulo iubetur fratribus
pati. 1. ad Cor. 6. Quin & apostoli paradigmata mem-
bris, & Christi & apostolorum doctrina de fraterna cō-
cordia non admittunt ullum bellum. Sunt pontificale le-
ges, que non omne bellum improbat. Christus autem
& Apostoli palam dehortantur a cædibus quando non
licet quenq; odiisse, quando & is qui fratrem odit homo
adæ est. 1. Iohannis 3. Noui quid de bello sentiat & Au-
gusti. & Bernardus, dum suos milites insutuit. Ego di-
co Christi doctrinam non admittere pugnacæ animos,
non iram, non malivolentiam, non odium, ad Galat. 5.
Tantum abest, ut permittat grassari in Christianos, in
fratres, ut non conuenit capiti pugna cum pedibus, ita
neq; Christiano cū Christianis, quum inuidem simus me-
bra, it. 1. 1. Cor. 12. Ephe. 4. Prouocare ad pugnam nem-
ni licet, si licet prouocatum contra mouere arma vide-
rint magistri nostri, quando neq; id mihi probatur. Non
sinebat Mosaica lex suos principes adornare prelia, ni-
si prius pacem obtulissent, Deut. 20. Quando atque

ris ad expugnandum duitatem, offerres ei primum pacem &c. id si Mosi legi non licuit, quae tota est in pugnis, qui poterit euangelica lege, id esse liatum, quae paas est lex, quae cogit & inimicos diligere.

L V P A N A R I A permittere, Non licet imperatori, sed neq; ulli pontificia permittere scorta publica que & Mosaicā lege sunt uicta. Deu. 23. Non erit meretrix de filiabus &c. uerum cogitur permittere, nolens, quando aliter tutu esse non potest uirginum pudicitia, ita olim Paulus Corinthiis permisit secunda coniugia, non q; non intelligeret, quid foret optimum, sed q; aliter tutu pudicitia esse non potuit (quoniam aliter habeant honestas nuptias, & foeda prostibula) ita igitur cogitur imperator admittere scorta publica, ne quid delinquatur flagiosius. Ipse autem sua autoritate facere non potest ut apud decum non sit peccatum. Connivere potest ut non dent poenas legibus publicis.

Quia omnis potestas ad honorem & utilitatem eius à quo est exerceri debet, sitq; quilibet princeps dei ecclesiæ uicarius, tenetur in hereticos pri-
mum, deinde in legem dei manifesti delinquentis con-
grua cohertione etiam usq; ad carnis interitum animad-
uertere.

Et hoc ego magistri nostri corrolarium, hoc modo arrodo, Non tenetur imo neq; licet ulli potestati quen-
quam manifeste coherere, quem priuatum non mouit,

ni si manifestū sit flagitium, alioqui iuxta regulam euangelicā admonendus est proximus, Mathe. 17. Ecclesiasticē autem potestatis extrema poena est excommunicatio, Gladio Christus nihil docuit suos attenare, Reuocandus est potius tolerātia, atq; doctrinis sanis, quod si ille est insanabilis, suo domino relinquendus erit. Nobis non licet iudicare quenquam, ita docuit apostolus cū de Corinθo in ēsto esset questio, ita iubet Christus sibi seruari vindictam, ita redarguit Apostolos precatores ignem cœlo desendere, Luc. 9. Lapidare Iudeorum est, mederi christiani orum est, Hæreticus nemo pronunciandus est, nisi qui apostoliis autoritatibus erroris publice conuictus, mutare noluerit insana dogmata. Tum demum huic præscribenda est penitentia, ut ab ecclesia depulsus solus maneat, ut suffusus pudore quandoq; mutetur ad meliorem mentem, ita egit cum hæreticis Hy meneo atq; Alexandro Apostolus. 1. Timo. 1. Ita cum Hermogene, Phyleto, atq; Phigelo, quos arte ille capitatis poena nolebat plectere. MAGIST PR. noster, Quæ bona fabula? Quam nouam rem nobis ebucunas Et ubi quicquam traditum est, de hisct hæreticis, quos tu nobis in geris, TIMME. Nostri Tertulliani libellū, cui de prescriptionibus hæreticorum ille dedit titulum? MAGISTER noster, Nunquam uidi codiam. TIMME. Præstaret et hunc patrem lectitasse, qui uollet de eiusmodi re docta differere. MAGISTER no-

ster. Somnia mihi narras. T I M M E R. Ne queso ma-
 gister noster has meas fabulas rideat , Exiguus quidē est
 libellus, uerū talis est, tantus est, ut optarim in orbe nō
 esse Dominicanum theologum, qui hunc uetusissimi pa-
 tris libellum non edidiasset, adeo probe suis coloribus
 pingit doctores scolasticos . Hoc igitur libello , ille nar-
 rat hec que monui. Porro si ab hereticis sumendū erit
 capitī suppliā quid est quod A postolus iussit deci-
 tandum, qui huiusmodi est , ad Titum. 5. Hereticū post
 primam & secundam ammonitionem deuita, nisi forte
 Magister noster uolet, deuitare uocabulum , ita interpre-
 tari, ut audio quosdam magistros nostros, Paulinam di- Deuitare
 ctionem torqueare, dum deuitare sunt interpretati, de ui- quid signi-
 ta tollere , Id si ita uoluit apostolus , quid est q̄ nusquam fiat
 non clamitat cauendos pseudoapostulos , quos certe non
 raro poterat tradidisse potestati publicae atq; ab his ca-
 pitī suppliā sumpsiisse, uerum non ita uoluit aposto-
 lis , habet & euangelica mansuetudo suam iram , non
 qua seuiat, sed qua corrigat , hinc est quod Christus a-
 uendum docebat a falsis prophetis . Attendite, inquit, uo-
 bis a falsis, non ait perdit, trucidate, iugulate, Christia- Hæretici
 no enim non licet in fratrem seuire , ob id enim spiritu- non sunt
 lem ecclesie gladium Christus esse uoluit , ne ethnico= exurendi
 rum more frater fratrem iugularet, Ita & Turonensis sed sanan
 antistes diuus Martinus (ut autor est Sulpicius) apud di.
 imperatorem precator intercessit, ne apud Gallias illa

iugularet hæreticos. Iti & pro Donatistis circumallio
 nibus intercessit Augustinus. Igitur hunc imperialem
 gladium, quem patres nostri Romano tribuunt ponti-
 fiū, q̄ imperator sit, prorsus negamus & Romano &
 cuius alij eximio antistiti, quando Christus p̄aem do-
 cuerit non pugnam, iussus est petrus, & hunc gladium
 oculere. Matth. 26. non Petrus tantum, sed in Petri per-
 sona ecclesia, quam Christus p̄aem docuerit, Paem me-
 am, inquit, do uobis, Iohā. 14. quin & a deo non licet
 Petro, id est, ecclesiæ gladium eduxere, ut cogatur, &
 Petrus ec- bñefaxre facientibus male, & diligere inimicos, &
 clesiae ges tollenti tunicam, pallium adijercere, Et Apostolus docet,
 sit psonā. quantum in nobis est cum omnibus hominibus paem ha-
 bendam, Ad Rom. 12. cum simus iniuciam fratres alter
 alterius membra. Ceterum q̄ hodie gladium permitti-
 mus pontifici, non hunc permittimus cuiquam, q̄ sit p̄o-
 tifex, sed q̄ prophanam gerit potestatem, cui apostolus
 gladium permisit. Ad Roma. 13. Pontifici licet mouere
 arma, qui iussus est prædicare euangelium pacis, Quam
 pulchri, inquit, pedes &c. ad Ro. 10. Neq; enim gladio
 quicquam attentauit Christus, alioqui non fuerat pisa-
 toribus sed imperatoribus aggressurus totum orbem si-
 bi subdere, Imperator cogitur audire, Pontificiam Ro-
 manum ut preconem doctrinæ euangelicæ, Pontifex
 cogitur audire imperatorem, ut potestatem publicam,
 cui nos omnes ex equo Apostolus subiecit. Ad Ro. 12.

Omnis inquit, anima potestibus &c. Quod si et im-
perator uolet Romano pontificia tributa imponere, co-
getur ille iuxta Pauli doctrinam eque pendere, atq; qui
libet extremi ordinis christianus, ita et Christus impe-
ratori soluit didrachmum, tantum abest, ut quicquam
in imperatorem posset pontifex. Vult Paulus christianos
omnes obaudire potestati publicae, Id si faerc nolet
Romanus pontifex, si turbare, si obstrepere imperato-
ris decretis, ipse uiderit si sit christianus, quin et adeo
nihil liabit Romano pontifica in imperatorem, ut et
liet ethnicum iussus sit honorare. 1. Petri. 2. Subiecti
estote omni humane creature. Siue regi quasi præcl-
lenti &c. ita et Ambrosius non grauatus est ducenta
auri pondo imperatori pendere, epistola. 33. Si patri-
monium, inquit, petitur inuadite, basilicam non trado,
&c. Verum hæc ita se habebunt, si synæritatem spectes
doctrinæ euangelicæ. Cæterum si huc adferas parum
constitutiones, de immunitib; ecclesiarum atq; cleri-
corum. Quis non ridebit meam fabulam? Alter gladi-
us qui est excommunicationis non est peculiaris illi pon-
tifica, sed communis omnibus, etiam laias, id est, ecclæ-
siæ. Non enim Paulus excommunicauit Corinthum in-
coustum, sed ecclesia quæ fuerat offensa, sed neq; cum
reconciliauit, fecerunt id dues Corinthij, qui ciuis cor-
rectione reconciliati, condonarunt fratri quod admi-
serat. Paulus igitur quando illi fuerant placati libens

Excomu
nicatio pe
nes quos.

condonauit admissum. Si cui , inquit , aliquid condona-
 stis & ego . 1 . Corin . Igitur spiritualis ecclesiæ gladius
 non est penes unum Romanum pontificem , sed penes
 eos , qui lexi sunt fratris flagitio . Quod si illi reconcili=
 antur , & Christus reconciliatus est . Nec habet Roma=
 nus pontifex , quod in eum seuiat , iuxta illud Euangeli=
 cum . Si audierit te lucratus es fratrem tuum . Matthæi
 17 . Item , si duo ex uobis consenserint . Amen dico uo=
 bis , quecunq; alligaueritis super terram &c . Quod si
 penes unum pontificem , hæc erit alligandi autoritas ,
 cur Apostolus hoc quicquid est autoritatis , non manda=
 uit Ecclesiæ & Episcopo ? aut certe cur id non iussit
 Timotheo , ut cum incestum ejaret ecclesiæ conuen=
 tibus , quando per Timotheum mittebat epistolam ? Ve=
 rum ecclesiæ hanc autoritatem detulit , que fredo crimi=
 ne offensa fuerat . L E C T O R . Ita ne igitur tu utrum
 q; gladium adimis pontifica , quando & Christus eos nō
 ademerit ? Neq; enim ille dixit , Ninium est , sed satis
 est ? T I M . Pontifia suum ius non adimo , imo illi uindi=
 co , q; autoritate euangelica illi donauit Christus , nempe
 uerbi ministerium , gladium q; spiritus , quem tamen ita
 peculiarem nolo esse Romano pontificia , ut cum adimam
 ecclesiæ , cui cum quo quis pontificæ cois est . Ceterum im=
 periale gladium iussus est Petrus oculare . Conuer=
 te , inquit , gladium in locū suum . M A G I S T E R no=br/>
 str , Adeo nō iussit Christus hunc gladium abdere , ut
 & emere

& emere iussit gladium. Qui habet, inquit, saculum tollat, similiter & peram, Et qui non habet, uendat & tunicam suam & emat gladium, Luc. 22. T I M. Ita ne igitur secum pugnat Euangelium? an secum dissidet Christus, ut iubeat & gladium emere, & gladium occulere? An forte arcuū quid hæc Christi uerba innuunt? Audiant patres optimi, Dicam quid his suis uerbis tate subindicavit Christus. Emere iubet gladium, at ferire prohibet, ut dis̄as etiam tum non ulas̄a, quando ulas̄a poteras, iuxta illud, Benefacite his qui persequuntur re iussit uos, Matth. 5. & ad Romanos. 12. Non uosipso de- Christus. fendentis charissimi, sed date locum iræ. Benedicte per sequentibus uos &c. Ita & Christus cum se ulas̄a potuisse, maluit immolari, hoc enim est & gladium emere, & gladium abdere. Porro q̄ duos gladios admiserit Christus, dum inquit, satis est, puto ego his uerbis Christum tacite subindicasse Apostolis, ne quid temere prophanam potestatem inasserent, quando & illa hac parte sui officij non inutilis futura erat pietati Euangelicæ, dum facinorosorum hominum cohereret uite licentiam, alioqui dicturus fuerat Christus: Nimium est, uerum quid hunc gladium nituntur patres nostri Pontifia tribuere, quum Petro sit dictum, ut hunc gladiū abderet? Vnde Romanus Pontifex sicut canones condere etiam cōtra quorūcunq; doctorum determinata modo non aut contra scripturam, aut contra pri-

orum quatuor consiliorum sunt dictata, potest ita in uo-
tis & iuramentis dispensare, cæterum religiosos, aut in
sacris constitutos ab horarum lectione penitus absolu-
re potest minime.

Et hoc corollarium hoc modo impugno, Affero Ro-
mano pontificia licere (si ita uidebitur ecclesiæ expedire)
dispensare in omnibus humanis decretis etiam quatuor
consiliorum, cum sit Episcopus, id est, is qui consulere
debeat atq; prospiciere aliorum saluti. Igitur si quicquā
decrecuit Nicenius conuentus, quod (ut nunc sunt homi-
num mores) Pontifex uiderit suo populo esse exitio, nō
est Episcopus noster nisi mutet, nisi adtemperet in stitu-
tum, ut nobis uidebitur expedire, dicam id exemplo lu-
culentius. Cogimur pontificū decretis ad frequentissi-
mas diuorum ferias, Si confixerit Romanus pontifex
indictas ferias absundi, libidinazione, alea, ebrietatibus,
luxu, cædibus, fabulis &c. Peccavit pontifex si non tol-
lit sabbatismos, si ob synodorum, si ob hominū decreta,
non uideat iniurian dei. Quod si Romanus pontifex
indictat ferias, quas nostræ ecclesiæ Groningane pastor
uiderit suo populo esse exitio, licet illi contra Roma-
ni pontificias edicta abrogare ferias, quas uidet in perni-
acem uergere sui gregis. Et quare est pastor, nisi ut pro-
spicit que in rem faciunt cōmissæ multitudinis? Ro-
mano pontificia non sunt cōmissæ tue oves, tu pastorem
profutris, alioqui satis foret unum esse Christiani orbis

pastorem, cum tamen Ezechielis uaticinium ex aequo
 omnes pastores increpitet, a. 34. Et Naum. 3. Dormita-
 uerunt pastores tui, non ait pastor, & Zach. 10. Iratus
 est dominus super pastores. Ita Paulus ex aequo omni-
 bus mandauit de ouibus Actorum. 20. Attendite uobis
 & uniuerso gregi &c. Igitur si licet Groninganis pa-
 storibus mutare Romani pontifex decreta, hac cauſſa,
 Quid ni licet & Romano pontifex mutare decreta
 patrum suorum, atq; quorumcunq; consiliorum, si ui-
 derit illa no expedire nostris moribus? Sabbatum, in-
 quid dominus, propter homines est, id est, obseruet ho-
 minum utilitati, non homo audiet sabbatum. Video pa-
 tres nostros Gregorij exemplo Euangeliam autorita-
 tem tribuere quatuor synodis. At non hic mihi probatur
 Gregorij autoritas, quando Gregorio habet contrarium
 diuinus Aurelius Augustinus contra Cres. gramma. li. 2.
 cap. 22. Item in cōmonitorio ad Fortunatianum. Item ad
 Probam. Item in prologo in librum. 3. de trinitate, &
 lib. 2. contra Donatistas, cap. 3. Item ad Hieronymum
 epistola. 19. Item Hieronymus ad Theophilum aduer-
 sus Ioannem Hierosol. Item di. 9. cap. Quis nesciat, &
 dist. 9. cap. Noli.

Groninga-
 nis pto-
 ribus a-
 bit aro-
 gare diuo-
 ru ferias.

Quatuor
 cōſilia, ut
 quatuor
 Euāelia

In uotis et iuramentis dispensare potest De Votis
 T I M M E R M A N N V S, Potest certe, si id facit
 consulens illorum saluti, si suo quēstui, no potest. Neq;
 enim pontifex prohibere potest, ut non faciam bonū qd'
 facere institueram.

Ceterū in sacrīs constitutos & religiosos ab horarū lectione penitus absoluere pōt minime.

D e horis canonias. **T I M M E R.** Mirum quid hic uelint Theologi, ita ne secum pugnant ipsi. Dicunt Romano pon. licere dispensare in omnibus quae iuris sunt (quod aiunt) possit. An horarum lectio iuris est diuini? **Q uis me nouus Apostolus cogit** certum psalmorum & precum numerum quotidie emurmurare, cum Christus doceat non multis uerbis orandum ethnicorum more, Matt. 5. Et quid si grauioribus me contingat rebus occupari, dum lectio quae facient ad erudiendam rudem plebeculam? quid si sim occupatus consolandis pupillis desitutisq; uiduis? **Q uae uera est religio,** Iacobi. 1. Ita ne igitur mihi licet hanc pulchram pietatis speciem anteponere frigidis præculis, quas è suo ingenio nescio quis mihi homo prescrivit. Si hanc dispensationem non permittis Romano pontifici, quid orbis monarchiam illi afferis?

M A G I S T E R noster. Si ita contingit quempia grauioribus occupari, tum iam licet Romano pontifici eas canonicas preces ita mutare, ut ter oret prectionem dominicam, uerū penitus absoluere non poterit. **T I M.**

Rem nouam audio, Gratiam habeo, quod nescui, didici.

L E C T O R. Stabit haec mea sententia, perpetuo addictum esse canonias preabus, qui beneficiatus est clericus. **T I M.** Igitur neq; uos cogemini ad eas preculas, quando uobis non sint beneficia. **M A G I S T . noster.**

Sunt maxime nempe qui pauperum liberalitate oiosi uiuimus. T I M. Oretis ergo in dei nomine.

Legi naturali & si repugnet mundum incepisse ipsum tamen accepisse esse potest non ueritate conprobatur ita , ut nec locus sine corpore nec contra, ita nec uacuum quo tamen positio & si motus in eo fieret, non tamen in instanti.

M A G I S T E R Gerhardus Pistoris. Hoc corrolarium plures habet partes , quarum primam impugno hoc modo teste philosopho. 12. Metaphi. ca. 7. Tum cœlum tum terra à deo primo primario dependet, tanquam caussa efficiēte illo eiusdem , igitur non repugnat legi naturali mundum incepisse.

Secundo sic: Si legi naturae repugnaret mundum incepisse, materia mundi tota esset coeterna ipsi deo primo , ac coeternum stramentum sempiternae causalitatis ipsius dei, quod sane est absurdum afferere.

L E C T O R. Et ego noui , quid coegerit eximios philosophos dubitare de mundi initio, hanc enim causam uidebantur adferre , quia nisi semper ante fuisset, sempiternus deinceps esse non posset , quanq; apertissime clamitet Plato mundum & esse coepisse , & tamen non habiturum finem . Verū siue ille esse cœperit ante tempus siue post tempus, siue cum tempore, ut cum corpore proœdit umbra , non est huius loci neq; temporis acute differere. **M A G I ster** Gerhardus. Recte narras

Tertio, si mundus lege naturae fuit ab æterno, ergo generatio fuit ab æterno, patet consequentia per philosophum secundo de generatione dicentem, motus solis in obliquo circulo est causa generationis & corruptoris in hæc inferiora, & sic infiniti homines processerunt ergo infinitæ corruptibiles animæ, & infinitæ circulationes solis mundo existente ab æterno præcesserunt, ergo erit ponere infinitum in actu, & infinita continget pertransire contra philosophum. 3. Physiorum.

Quarto de hac eadem sententia diuersa sentit ac contraria. Nam primo coeli disputat cœlum esse ingenitum & incorruptibile. In primo Topicorum uero manifeste dicit, q[uod] quædam sunt problemata dialectica, de quibus rationes non habemus, ut utrum mundus sit æternus, ergo uacillanter, & non demonstratiue loquitus fuisse uidetur mundum fuisse lege naturæ ingenitum & incorrup.

Item Augustinus libro de auitate dei. 12. ca. 14. confutat hanc Aristotelis, & aliorum opinionem de origine mundi dicens, quod Philosophi, qui sic tenent, putant non quod sicut, sed quod uolunt.

Quod locus possit esse sine corpore.

Si id quod minus uidetur inesse, ergo &c. sed extra cœlum uidetur esse locus sine corpore, ergo locus sine corpore est reperire sub hac sphæra actiuorum et passiuorum. Probatur, quoniam substantia separata, aut in-

telligentiae sunt extra cœlum, sed extra denotat locum
uel nominat conditionem & circumstantiam loci. Nam
diāmus extra cœlum, & intra cœlum, ergo videbitur
ibi locus esse sine corpore.

Vtrū Christus benedictus ab hora na-
tuitatis sue, Saerdos fuerit & Imperator, atq; hæc sua
passione meruerit.

Christus, quoniam filius dei saerdos fuit in eternū,
non secundum ordinem Aaron, sed Melchisedech, qui
induatur ab Apostolo, neq; initium dierum, neq; finem
habens, ut intelligas Christi saerdotiū, neq; cœpisse ab
hora natuitatis sue, neq; desissse. Necq; enim ab homine
ille est institutus aut unctus, iuxta illud ad Hebreos. 7.
qui non secundum legem mandati carnalis factus est sa-
erdos, sed secundum uirtutem dei, contestatur enim,
quoniam tu es saerdos in eternum secundum ordinem
Melchisedech. Item lex homines instituit saerdothes, ser-
mo autem iurisurandi filium in eternum. Item psal. 44.
Vnxite deus &c. Igitur Leuiticum saerdotium secun-
dum Aaron, & in tempore cœpit, & in tempore de-
sijt, Christi saerdotium, quod non Leuiticum, sed ex tri-
bu Iuda, & in eternum fuit, & in eternum manet, ut
restatur Apostolus ad Hebreos. 7. Passione sua non me-
ruit sibi quicquā, cui nihil accedit, nihil decedit. psal. 101
Tu autem idem ipse es &c. Verum nobis meruit, ut no-
bis prospicit ipsius sacrificium. Ipse enim nobis à patre da-

natus est, ut nostris usibus impenderetur. 1. Cor. 1. Qui factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio et redemptio. Ita et Ioannis. 3. Sic deus dilexit mundum, ut filium suum daret. et 1. Ioan. 4. Testificamur, quoniam pater misit filium suum Salvatorem mundi, et 1. Ephes. 1. Qui elegit nos in Christo, ante mundi constitutionem. Et Esaiæ. 9. Puer natus est nobis et cetera. Nobis, inquit, datus est, cum nondum ille nobis esset editus. Ita Christus nobis fuit sacerdos, quem esset ab eterno unigenitus et apud Patrem. Verum qui sacerdos erat in eternum, non enim ab hominibus institutus est. et Apostolus ad Heb. 7. In fine temporum homo factus sacrificium obtulit, quod sibi nihil meruit sed nobis, ita et suos vocat pupilos quos suo sacrificio nondum a patre meruerat, Esaiæ 7. Ecce pueri mei quos dedit mihi deus. Ita et Ioan. 17. Ante hoc sacrificium, Pater sancte, serua eos, quos dedisti mihi. Igitur ut Christus suos dicit, quos nondum suo sacrificio a patre meruerat, ita et nobis fuit sacerdos, cum nondum obtulisset sacrificium, cum unigenitus 1. Cor. 1. esset apud patrem, verum qui in eternum sacerdos erat apud patrem, nobis sacerdos factus est, iuxta assumptionem humanitatem, id est, tum pro sacrificio nobis consuluit, tum nobis profuit, quando factus est nobis a patre reconciliationis, quando deus in eo agnitus est reconcilians sibi mundum, alioqui si secundum humanitatem dumtaxat est sacerdos, si ab hora nativitatis sue sacerdos esse coe-

pit, quis cū sacerdotem instituit? quis unxit? Neq; enim lex eum sacerdotem instituit, quæ non admittebat ad sacerdotium, nisi Leuiticæ tribus uiros. A postolus autem, ut æternum Christi sacerdotium asserat, & ē tribu Iuda induat, & iuxta ordinem Melchisedech, cui neq; initium, neq; finis dierum. Sua morte sacerdos fieri non meruit, sed qui sacerdos erat, sua morte sacrificiū obtulit. Porrò ut pater nos prædestinavit in Christo ante mundi constitutionem. 1. Ephe. 1. ita & Christum nouit sacerdotem ante mundi constitutionem, cuius sacrificiō ruit. Saluandi erant prædestinati. Si ab hora nativitatis ille sacerdos esse coepit, sacerdotem autem nos dicimus scolastiā, q; faciat sacra. Christus autem non obtulit suum sacrificiū ante eam cœnam, quam sub noctem sue passionis cum discipulis mysticam egit, aut ære ante crucis suppliū. Igitur ab hora passionis, & non nativitatis sacerdos esse coepit. MAGISTER NOSTER. Captiose contra nos argumenta instituis. Quid si ille ante mortem non obtulerit sacrificiū, quum & nos hodie habeamus sacerdotulum, qui nōdum obtulit sacrificiū, num ideo is non est sacerdos & certe oblatus est, idq; die ab hac quarta.

GYMNASIARCHA. Si is est sacerdos, qui aliquando ablatus est sacrificiū, numerabo & me inter sacerdotes, quippe qui hoc sacrificiū non deuouerim. MAGISTER NOSTER, Bona uerba. GYM

Lubens audio, daboq; silentes auditus, modo magister autoritatibus grauiſſimis obtundat Lesdorpium. Aut arte si id nequis, pergo fabulam texere, Christum dicūt patres optimi sacerdotē, ob id quod olim oblaturus erat in cruce sacrificium, quid arguit eum ab æterno hoc modo sacerdotem asserere? quando ab æterno huic sacrificio à patre destinatus erat, iuxta illud A postoli ad Hebræos. 9. Apparuit sacerdos cum hostia sua, Is qui sacerdos erat cum hostia, id est, cum assumpta carne in cruce apparuit. Verum mittamus ista, quesāſſe aut nesasse retulerit nihil.

Sacrosanctū post monarchias quatuor iuxta Danielis presigia imperium Christo uero deo & homini, secundum eius humanitatem ab initio sue benedictæ nativitatis inabdicabiliter traditum sacerdotale simul & monarchicum est, quare multarum rerū non modo dono, & facto proprio acquisiuit proprietatem, uerum omnium infusum habet dominium.

Et hoc quicquid est ita eludo, Noui quatuor Danielis monarchias in Christum desuisse, uerum hanc amplissimam dignitatem illius diuinitati tribuo, humanitati illius præsentissimo animo adimo. Neq; enim quicq; huius imperij filio donauit pater. Alioqui quid est quòd in regem uocatus, rex esse noluit, Ioan. 6. qui stabit illius uerbum? Quæ placta sunt illi facio semper, Ioan. 3. Et regnum meum non est de hoc mundo, Ioan. 18.

M A G I S T E R noster , Christi regnum non erat de hoc mundo , at in hoc mundo erat . G Y M Gratiam habeo , quo nescui , te docente didicis . Quod scavi , te dicente non perdidi . Dextre nodum amouit theologus . Lubet & aliud inuestigare , quando in omnem nodum discutendum Magister noster tam sit faclis .

Ea propter utriusque gladij autoritas apud Romanum Pontificem , Christi regis regum , & summi sacerdotis uicarium , plenario iure residet , quorum alter ab & pro Ecclesia est utendus , alter uero pro & non ab Ecclesia est cuaginandus , sicut & Imperator Romani Pontificis autoritate in casu uenit deponendus .

G Y M . Et hoc corrolarium adeo non approbo , ut etiam rotis animi neruis id niter impugnare , Que cō sequentia ? Concedimus Christo cōfuisse imperium monarchicum atq; sacerdotale , quando simul & rex & sacerdos successit & Leuitico sacerdotio & Israclitarum regno . Verum negamus Christum hanc amplissimam dignitatem cuius Pontifex tradidisse . Quod si iure diuino eam monarchiam Roma . Pont. uindicas , nitetur falsissimam assertionem validissimis argumentis eludere . Quid plus Roma . Pont. assertis eam monarchiam quam Alexandrino aut Antiocheno . Si Christi habet monarchicum imperium qui Christi est uicarius , habent eam ex aequo pontifices omnes , qui ex aequo omnes Christi agunt uices . Neq; enim cuiquam peculiariter

DISPUTATIO

Christus eam monarchiam tribuit, quam assertionem, si non accipitis, nitemur eam Euangelis autoritatibus statuere. Primum igitur negamus Romani pont. monarchiam. Ministros suos Christus Apostolos statuit non monarchias, non satrapas, non principes non rabinos, hoc ministros est, magistros nostros. Ministros instituit iuxta illud. 1. Corin. 3. Quid autem Apollo, quid uero Paulus, Nonne ministri eius cui uos credidistis? Et. 1. Corin. 4. Sic nos existimet homo, non ut autores, sed ut ministros Christi 2. Cor. 3. qui et idoneos nos fecit ministros, Colo. 1. Cuius factus sum ego Paulus minister. Satrapas aut principes esse noluit. Matth. 20. Non ita erit inter uos, Principes gentium dominantur eorum &c. Quicquid uoluerit inter uos esse maior, erit uester minister. Si Petrus uoluit sibi arrogare orbis monarchiam, omnium constitutus erat minister. Ita et Paulus omnes nos membra dicit unius corporis, cuique caput non est Rom. pont. qui et ipse membrum, si tamen est in ecclesia. Christus aut ecclesiae sue est caput. Rom. 12. In uno corpore multa membra habemus &c. singuli autem alter alterius membra. 1. Cor. 12. Sicut unum corpus multa habet membra Ephe. 4. Quoniam sumus in uicem membra. Igitur si pontifex nolit nobiscum esse membrum (caput autem non est, iuxta illud Ephe. 5. Christus aut caput ecclesiae) uideat ille cuius sit caput aut membrum. Rabinos Apostolos esse noluit, Matt. 23. Vos autem nolite vocari rabi, unus est

Rabinos
esse nolu-
it.

enim magister uester &c. MAGISTER noster, Imò rectissime dicimus omnes quotquot magistri sumus imperitè multitudinis. G Y M. Non ita est uocabulū interpretatus Reuchlinus, ille in suis uocabulis Rabinos uocat nō quoslibet, sed eximios magistros nostros. MAGISTER noster, Reuchlinus suo more nos ridet omnes, nusquā non stomachaur in sacrosanctū gradum facultatis theologicæ, uerum est, quo illius exsufflemus conuictum. Ridet ille Rabinos, hoc est, magistros nostros. Christus aut̄ fuit Rabbi, igitur feret nobiscum cōmuniē iniuriam. G Y M. Si quemquam ille rideat, mihi certe nō est compertū, uirū video apostolico pectore non parū quid emolumenti peperisse literis optimis, cui quoq; nō parum debet, quisquis hodie theologie est candidatus, Quin & ego hoc illi debeo, q; id uocabuli mihi sit interpretatus, ut intelligam eos olim dictos Rabinos, quos hodie uocamus magistros nostros, quales tamen Christus Apostolos esse noluit. Vos autem nolite, inquit uocari Rabbi, unus est enim magister uester &c. Hoc est, Procul sitis à superalio phariseorum, qui sibi placent, quoties audiunt magnificum illud nomen Rabbi. Nolim horum exemplo pro eximijs magistris uos geratis, quando uos nihil sitis aliud, quā mei ministri, ac fratres iniucem. Unus est, quem cōmuniem magistrum habetis omnes, huic uni transcribendum si quo honore dignabitur uos mundus, ne quid uobis uclitis arrogare,

quando non sitis aliud quā ministri rei alicn.e. Ita.1.ad
 Thi.1.Ponens me in ministerio euangelij sui.Et.2.Cor.
 5.legatione fungimur &c. Ita ex Paulus increpat eos,
 qui se pro eximijs gercebant apostolis, qui Euangelij glo-
 riam sibi ascribebant.1.Corin.4.Quid habes,inquit,
 quod non acceperisti? Si autem acceperisti, quid gloriaris,
 quasi non acceperis? Si tua tradis, inquit, ipsum præ-
 dicas, non Christum, Sin aliena, sin Euangelij es mini-
 ster, quid alienum fulgorcm tibi arrogas, qua fronte tibi
 vindicas, quod tuum nō est? Igitur his&e autoritatibus li-
 quet pontificatum non esse monarchiam, nō imperium
 ut patres nostri dicunt, sed ministerium, quod ex equo
 omnibus Apostolis Christus delegavit, Matt.10.Con-
 uocatis duodecim, misit eos &c. Idem & Mar.ultimo:
 Euntes in orbem uniuersum. Igitur eandem solliitudi-
 nem, quā debet Petrus Romanis, debebat & Iacobus
 Hicrosolomitanis, quando & ipsum episcopi uocabulū
 palam non indicet principatum, sed ministerium, sed solli-
 tudinem. Ita ex Paulus, diaconos & presbyteros uo-
 cat episcopos, Act.20. Attendite uobis & uniuerso gre-
 gi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos &c. Ita
 & Apostolus iubet prælatos non in imperio, sed in solli-
 tudine præesse, Rom.12. qui præest in solliitudine, ita
 ad Col. uolo uos fare qualēm solliitudinem habeam pro
 uobis.1.Corin.12. Pro se inuiacm solliida sunt membra.
 Igitur pontificatus non est imperium, sed ministerium,

sed sollicitudo qua unus prospiciat multis. Sed dicunt ob
generalem sollicitudinem Ro. Pont. merebitur orbis mo-
narchiam. Quod si ita multis, prius est, ut Paulo eam
demus, cui cura fuit omnium ecclesiarum, qui plus om-
nibus laborauit, & Cor. 11. & 1. Cor. 15. Pontificis er-
go officium est, non imperatorem agere, sed pastorem,
sed ministrum, idq; etiam suo periculo, quando ipse sua
functione compellitur ἐπισκοπεῖς alijs inscriuire, alio
rum commodis prospicere, non proprijs. 1. Cor. 9. Ve
nihi est, si nō euangelizauero, ita & queritur oēs, quae
sua sunt querere. Ita 1. Cor. 10. Non querero quod mihi
utile est &c. Igitur in hac sollicitudine oēs episcopi ex
equo Christi egunt uices, sicut ille patris sui caussa, hic
in mundo legatione functus est. Iā quid nituntur patres
mei Christum imperatorem statuere, atq; mox huius ui-
carium Roma. pontificem? Imperatorem diēbant Ro-
mani, q̄ eduabat exercitū. Christo aut̄ quid cōmune cū
armis, qui tota uita prēdicat pacem? L E C T O R. At
tum quidem imperatorem egit Christus, cū templo ejac-
ret flagello ementes Ioā. 2. G Y M. Certe hac electione
non imperatorem, sed ludimagi strum video esse Chri-
stum. Igitur multo iure mihi plaudam liabit, quando
ego Christi agam uicarium, idq; fortassis non nihil ucri-
us atq; orbis monarcha Romanus Pontifex, aut arte
Imperator, qui gladio animaduertunt, si quid admissum
est sceleris. Christus autem non ense proturbauit nego-

āantes, sed flagello, ut intelligatis Christum ludimāstrum, atq; pleno iure me illius uicarium, qui et ipse flagello ad meliorem mentem meos clientulos perpello.

M A G I S T E R noster, Eam orbis monarchiam, qua Imperator est, est pontifex, conādimus iuris esse quod diamus positiui. Verum Petri monarchiam, qua ille christiani orbis est primas, euangelicā asscrimus, cum amplissimam hanc apostolicāq; dignitatem non cuiuis tribuerit extremi ordinis apostolo, sed uni Petro, apostolicā ordinis primati. G Y M. Et hanc illę monarchiam negamus, quando ministros non satrapas Christus Apostolos suos instituit.

Christus ecclesię sponsus, tametsi generalem Pontificia Romano in temporalibus interdixerit administrationem, particularē tamen minime, quā ita apud Imperatorem esse uoluit, ut nullus contra eam possit præscribere. &c.

G Y M N A. Christus temporalis imperij nihil dedit Apostolis, quos aeu oues inter lupos direxit, Eae ego mitto uos sicut oues, Matt. 10. quando ne ipse quem Christus huius mundi imperium, aut administrationem habuit, igitur quādo Petru Christi diatis uicariū Christus Imperator nunq; fuit, igitur neq; Petrus erit. Quid ei contendentes de primatu disāpolos redarguit, Ego, inquit, in medio uestrum sum, qui ministrat. Quid cum Octauiano Imperatore? Imperauit ille tot orbis.

orbis nationibus, quot tum subiectas habet at suo imperio, sicut etiam & noster imperator, quid haec ad rem theologiam, Imperator apostolica autoritate praeerit suo imperio, quantum quantum est, imperator non gerit Christi vias, qui nusquam docuit mouere arma, sed Christi, inquit, minister est, ad Roman. 13. dum aliqua parte sui officij patrocinatur iustitiae euangelicæ.

Vnde Romanus pontifex, sicut Canones etiam contra quorumcunq; doctorum determinata, modo autem non contra scripturam aut contra priorum quatuor conciliorum sint dictata, condere potest.

GYM. Et hanc assertionem ita destruo, Si Romano pontifi nihil licet contra quatuor concilia, qua auctoritate orbis monarchiam sibi vindicat, quum suburbicarum duntaxat ecclesiarum curiam, illi delegarit Nicenam concuentus. Si contra quatuor concilia nihil potest, ergo iniquissimo iure orbis est monarcha, & liberi erunt tot Christiani orbis Episcopatus, quos contra Nicenam decreta possidet. Viderimus hic quam teneant probe historiam patres optimi, quomodo secum pugnant ipsi. Orbis monarchiam pontifica assertunt, & Nicena statuta ratu uolunt, que hanc nobis monarchiam R. o. po. aperi tissime denegant. Quis hos coniungat hiatus? Quasi non & alia sexenta sint horum conciliorum decretorum, que postea aut obrogarit aut permutarit temporis ratio. Quod si crimen est contra Nicena statuta quicq; facere,

Nota can
di de le
ctor argu
mentū qd'
instituitur

qua fronte ausus est Calædonensis conuentus, uniuersalem pontificem pronuntiare, an si stile Romanū? quæ Gregori = consensu ausus fuit diuus magnusq; Gregorius am= us uniuersitatis plissimam hāc dignitatem Romanæ sedi depellere, idq; salis pon= contra Calædonensis synodi decreta. Legant patres op= tifex esse timam epistolam ad Eulogum episcopum Alexandri= noluit. nūm, cui est initium. Communis filius, cuius hæc sunt uerba: Ecce in præfatione epistolæ, superbæ appellatio= nis uerbum, uniuersalem me Papam diantes imprime= re curasti. Quod peto mihi ultra sanctitas uæstra non faciat, quia uobis subtrahitur, quod alteri plusquam ratio exigit præbetur &c. Et infra: Et quidem in sancta Calædonensi synodo atq; post hoc à subsequemib[us] pa= tribus, præcessoribus meis, hoc oblatum sanctitas ue= stra nouit, sed tamen nullus eorum hoc nunq[uod] uocabulo uti uoluit &c. Si crimen est contra Nicena decretū quic= quā facere, quare cum clericis præter matrem & soror= rem manet fœmina? quando & id interdixerit Nicenū conalium. Quare fornicarij sacerdotes, notorij (ut ipsi di= cunt) admittuntur hodie ad altaris ministerium, cū hos iussit Nicena synodus cum latias cōmunicare? Quare ab episcopatu minore, ad maiorem hodie quisquam au= sus est transcedere, quando & id cauerit Nicenus con= uentus? Sunt id genus sexanta alia, quæ hodie mutarit temporis ratio. Quid ni igitur licet Romano pontificiæ contra horū conaliorum decretā quicquā statuere, quod

toties iam factum asseritur. MAGISTER noster,
Certe non inualidis argumentis quæ dias asseris, Grati= =
am habeo uiris optimis, q[uod] euocati in hanc disputationem
processerint. Disamus inter hec quæ nesciuimus, docebim= =
us quæ didicimus, siquidē hoc nomine profutura est no= =
stra disceptatio, ut ea inquiramus, quæ sunt optima, ea
teneamus quæ sunt Evangelia. Veritas, inquit Aurelius
Augustinus, disputatione inquiritur, non ueritate dispu= =
tatio, in prologo quæstionū in Gen. Ego humanissimis
uiris, prandium condicō, apparabitur uenuris
Theologis tenuis epulatio, literarijs iocas
exhilarabimus conuiuum.

FINIS.

V 2

EPISTOLA

DOCTICIVS DAM(VT APPARET)
ET CHRISTIANI VIRI, DE CERTA
in deū fiducia habēda, De cēremoniarū usū, & su
perfītione, De cōfēſſione, De ordine ec=
clesiāſtico, Et de cauſa Lutheri,
quid cēſendum à uere
Christiano.



ITERAS TVAS HVMA
nitatis & officij plenas, p̄eceptor
colēdissime, accepi, legi, & intellexi,
Officium tuum in me boni consulo,
Animum tuum mihi quidcm amiaſ=
ſimum compertum habeo. Ceterum
que mones indigniora mihi uidetur, q̄ quibus albus suba=
dendus sit calculus. Primū q̄ Prioris Antwerpiani uincula & carceres, ceu quædam puerorum terculamenta
ob aures obijas, non plus me mouet, quam ex pelui(ut
aiunt) redditum fulgur. Neæſſum eſt enim, omnes qui
pie uolunt uiuere in Christo, persecutionem patientur
proprieſ iuſtitiam. Nolo interim puts me Prioris cau=ſe
admixtum, ſi modo ille Christianæ fidei, male ſibi ſit
consauis, Evidem fidei meae rationem quibusuis expo=
nere paratus sum, Prioris uero cauſam, uel preicationi=br/>bus (ſi quid peccatoris apud deum ualcant preces) ad=

iuuo, uel artissimis dei iudicijs dedo, Hoc tamen persua sum habeo, ut Christi probra, flagella, crudelius, de niq; & deterrimum mortis genus, non obscurant uerbi maiestatem, ita neq; Prioris causam (modo pia sit) eleua re potest apud iudicem deum obscuri cararis situs, & æreæ compedes, Imò ut diuus ille Job sublimior erat Job. 2.
longe in Christo, sterquilinio insidens humilis, q; cum in regia sederet purpuratus. Ita cum undiq; subcunt tentationum, & persequentium flagra (exploratis nimurum fide) audentior redditur, & in Christo sublimior quis= Psal. 90.
q; pius, quippe cum quo deus ipse sit in tribulatioē ere= pturus, glorificatus, & longitudine dierum repletu= rus captiuum, tandemq; ostensurus salutare dei, Iuxta suę promissionis uocem, Vos estis, qui mansistis mecum Luc. 22.
in temptationibus meis, & ego dispono uobis regnum, si= cut disposuit mihi pater meus. Nam quid populribus rumusculis de me iactetur, contemno, sat id habens mihi, si refragante conscientie testimonio astruam nihil.
Surdus sum ad Syrenarum blandus cantilenas, que me præcipitem dare moluntur in coenosam humanarum opinionum uoraginem, Apage hanc blandam pellacis linguae pestem, que uelut melle lito gladio eripere con= tendit, mihi uerbi dei fructum, Non est q; easdem Prio= ris compedes, mihi timeam, qui in dominum certissimum affectorum male asylum spaci ært. eç; fidei sacram an= choram coniectem, à cuius unius uoluntate ceu scopo,

utinam nunque contingat aberrare. Ad quam ceucynosu-
ram, utinam sic sedulo obtutu defixus hæream, ut non
subinde ferru cogere carnis mea pertribulationes sedu-
lo obmaliantes illinc oculos mentis reflectere. Non pas-
tit dei timor confortem timorem carnis. Non recte coe-
unt amor dei cum sui perniciosa dilectione. Necessariu
in primis est ut moriatur, quod carnale est, ut resurgat
id quod spirituale est. Granum frumenti, nisi solo man-
datum emoriatur, non edit fructu. Honora, inquit ille,
dominum deu tuu, & ualebis, & præter eum ne timue-
ris alienu. Quod si possessionis mee iactura reueritus
(cuius tu amplitudine uidcris demirari, & qua ego con-
temptim habeo) diuina consulta negligere, hoc ipsum au-
dire a domino, quod de iuuene locuplete memorat Euan-
gelium. Porro infidelitatis tuae ulcus quod hic in te sub-
odoratus sum, nolo tangere, modestie gratia parcens,
non nihil præceptorio nomini, quod certa fiducia, & toto pe-
ctore, no credis dcum nostru propriu seruatorem, præ-
sentem custod*em*, & ueru pastorem, dilectissime sibi spon-
se sancte ecclesie, qui tamen ne una quidem ouiculan
ex creditis, sibi a patre caulis perditurum astruxit, ut
quas obseruare uigilanter tueri, & salutari pabulo pa-
scere posat, sciat & uelit, non secus atque pupillam oculi
Stulta igitur mea quidem sententia, hæc est ratiotina-
tio, Si cessarent ceremonialia, si exoleret confessionis &
pœnitentiæ sacramentalis usus, futuru ut homines rude-

Iohan. 12.
Prouer. 7.

Luce. 18.

Ioha. 10.

Contra æ-
remonia-
rum fidu-
ciam.

& ruraliter (ut tuis uerbis utar) uiuerent, quasi deo non
 esset curia de omnibus, & quasi non itidem Christi mem-
 bra irent, sicut scriptum est de eis, uti filius ipse homi- Matt. 26
 nis uit, sicut scriptum est de eo. Quis obsecro tam stu-
 pide est mentis, qui no[n] intelligat horum nihil familiare
 fuisse (que casura tanto pertimes) æremum quondam in
 coletibus, & solitarijs quibusq[ue], longe à vulgi aut so-
 lidum contubernio semotis, quoru[m] tamen salutē, cui acce-
 ptam feras, quam dei clementissimæ bonitati, cuius reg= Lucae.17.
 num non uenit cum obseruatione. Tu, no[n] uiuit crude et
 ruraliter, quisquis pie uiuat, pia aut uita non è æremo-
 nijs & sacramentorū usibus, penitentiæ præsertim &
 cōfessionis sacramentalis propendet, effluitue, sed è su-
 pernis descendit ex dei gratuata munificientia. Item si ni-
 hil damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, quid
 quæso refert, ruditate sit aut auiilis, humanis oculis uita
 modo non ingratia sit deo? Qui ruditatem & ruralitatē
 (ut sic loquar) declinat moribus, infidelis tamen, age ha-
 beat suā felicitatē cū moraliū præcone Aristotele, hoc ei
 demū no[n] inuideo, Cui deus non imputat peccatiū, is non
 peccat. Iā uita auiilis hōis, hoc est, uiuētis secundū ritus
 ceremoniarū, & uita agrestis, expers oīm ceremoniarū
 à deo iuxta imputatur, quia utrinq[ue] malæ arboris noxijs
 fructus eduntur. Reliquū est ergo, ut (quoniam deus no-
 stras, que ex lege aut decretis pontificū sunt, iustias
 nihil remoratus, seruat quos uult, electos ante mundi

constitutionem, nonnunq; atiam dei fugientes presentiam
 & exosam habentes dei uoluntatem) futile sit, q; hac de-
 causa dānentur Lutheri scripta, ruralis uita alioqui pos-
 sit exoriri inter Christianos, ut autem hæc omittam, que
 hic in nostram sentētiā possent adduci, quæ plurimæ
 sunt libet p. uculis indicare mentem meam de confessio-
 ne & ceremonijs, quando huc me uocauit tuæ literæ.

De confes- Confessionis vulgaris usum, ut non tollo, ita nec pro-
 siōis usu.

bo, Cum ad confitendum spūssanctus commouet poenit-
 tentem, & is eiusdē afflatui parens & credens confite-
 tur detegens peccatorum sordes. tum nihil addubito, con-

Psal. 110. fessiōne opus esse domini, iuxta illud, Confessio & ma-
 gnificencia opus domini, & p̄inde bonam esse poeniten-
 ti, idq; quia dei donū est, descendens à pare lumīnum,
 sine cuius lumīne nihil potest non esse in tenebris. Alio-
 quā secundum faciem quidem confitetur, cū arcē tamen
 esset alienus, qui tantū p̄cepti ratione, non ex spiritu
 decreto ad numeranda sacerdotiē peccata se actingeret,
 quando à labris tamen p̄cordia descentirent, neq; id
 corde execraretur, quod apud tatas sacerdotis aures,

Augusti. deponeret, Augustinum hic habeo meæ sententiæ asser-
 torem Psal. 5 uerbi. Et spiritum sanctum tuum ne aufer-
 ras à me, quo loco in hæc uerba scribit, Non potest esse
 confessio peccati & penitio in homine à seipso, cū q̄sq; sibi
 irascat sibi displaceat, sine spiritu sancti dono non
 est, Est enim spiritus in confitente, hæc ille. Est igitur sa-

lutaris confessio, non que ex ecclesi.e mandato est reue-
 renda, sed quam spiritus reddet efficacem & ueram. Na
 ni si uiuas non confiteris, nisi ex uita spiritus, delictum
 non agnoscas salubriter. Mortui perit & nulla est Ger= Eccl. 17.
 mana cofessio, ab immundo nihil mundum proficiatur
 dona enim iniquorum non probat altissimus, uictime
 impiorum abominabiles domino. Id quod claro exem= Pro. 15.
 plo doceat Moseos Gene. Cum Cayn opus deo placere Gene. 4.
 non potuit, q ipse immundus esset ob infidelitatem, Im=
 purus item ut er. et Christi proditur Iscariotes, sic &
 sua confessio morbida er. et cuius rei fidem faciat dignus Mat. 27.
 personata confessione interitus Personata erat, q fides
 decesset. Quapropter & propheta significans remissam
 iniquitatem ei, cui diuini numinis beneficio obtigit uo=
 tum confitende iniustitiae suae, aperte dicit, Dixi confi= Psal. 31.
 tebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remi=
 sisti iniuriam peccati mei. Consequitur ergo, cum pcc=
 tata remissa sint ante confessionem, uerb. idem ipsam con=
 fessionem, signum & argumentum esse uerae resipiscētie
 quippe que id ore detestetur & uoce, quod corde intus
 oderit. Hoc quidem uoce confitri est, uere intus odiſſe.
 Intus autem odiſſe, quis dei donum ausit inficias ire? Vi=
 de iam quid confessionis riui sit deferendum, quem tot
 uerborum ampullis iactamus? Epistolaris angustia hic
 non patitur prolixorem. Ad sacramentum ordinis re=
 spicit animus & properat calamus.

De ordine ecclesiastico quid censemendum.

Ordinem in Ecclesia salubriter institutum saepe & probo quo digestius & quietius agatur uerbi & christiane rei ministerium. Corporum ratio eget ordinibus, non animus, quippe cuius unius deus est dominus rector et pastor longe potentissimus, longe sapientissimus, & longe clementissimus. Periculum autem est in ordinatis, ne qui in ministerium tantum rei sacræ ascati sint, dominis preferant ambitionem, id quod faciunt, qui ordinum ratione, gratia collationem, peccatorum ueniam, salutis impendente negotiorum sibi arrogant, dictitantes haec uel ex se se uel ex ordinis sacramento profluere. Homines enim cum sint ad salutem conferre dum libet, aut eandem per tyrannidem adimere, in sua non habent manu, ne quod solius est dei & agni, sibi temere & mendaciter uendicent, paenam temeritatis cum Osa non evasuri. In quā sententiam descendit Augu psal. 143. In filiis hominum in quibus non est salus. Sine causa, inquieti, sibi arrogant homines, quod dant salutem, sibi dent. Responde superbo homini, Gloriaris te mihi dare salutem, uide si ipse habet eas. Num fistula dixerit se dare aquam? Vana est salus hominis, domini nimisrum est salus, & super populum domini benedictio. Deus est qui cor meum dum crebat, & spiritum rectum innovat in uisceribus nostris, non homo, non sacerdos, non pontifex. Salus enim iustorum a domino, non ab homine uel ordinibus. Non

Reg. 6
Augustin

Psalm. 3. super populum domini benedictio. Deus est qui cor meum dum crebat, & spiritum rectum innovat in uisceribus nostris, non homo, non sacerdos, non pontifex. Salus enim iustorum a domino, non ab homine uel ordinibus. Non

Psalm. 50
Psalm. 36

conmemini apud Lutherum legisse, ordinis tollendos,
 & a ceremonijs (ut malis) in totum abstinendum, uerum
 enim uero, arrogantiam, abusum, Symoniam ordinato-
 rum insectatur uerbo dei. Arrogantiam enim eo prola-
 buntur uesani.e, ut uelint fidem informe (ut cum scholi.
 apud scholicos loquar) formatam reddere charitate, utq;
 suis plane humanis institutunculis & commentis, salu-
 tem uel conferre, uel adimere iactent, idq; ordinum tan-
 tum ratione, cuius fidei sit suscipiens, contra manifestam
 scripturā. Ego sum qui delco iniquitates & peccata pro
 pte ne. Et illud: Agitq; omnia uerbo potētiae sue pur-
 gationem peccatorum faciens. Quia arrogantia quid Mo-
 abiticum magis? Abusus est sacramentorū, q; prætextu
 & larua ordinum cauponantur uerbum dei, nundinan-
 tur bona opera, & neminem non emungunt argento,
 nihil refragante scriptura deterriti, gratis accepistis, gra-
 tis date. Et gratis iustificati estis. Iustus ex fide uiuit.
 Verbo domini cœli firmantur &c. Symonian uero ad
 miscent ordinibus, q; negatum sit hos in pontificij mune-
 ris & ecclesiastica ordinis gradus subuchi, nisi inter-
 dente stipe (contra quidem exemplum Christi mitten-
 tis discipulos suos in messem Euangelicam) & huma-
 ne fidei sacramento, contra illud Saluatoris satum: No
 lite iurare omnino, neq; per cœlum, neq; per terram, sit
 sermo uester est, & non, quo sit, ut negotio Euangelico
 plane neglecto, humana substituantur decretis, que mor-

Esaie. 43

Hebre. 1.

Matt. 10.

Matt. 5.

Lucæ. 10.

dicus tueri uolunt magnates ecclesiæ. Porro æremoniuarum miram superstitionem & stultam confidenciam damnat & traduat, cum eas Christianismo opido necessarias, minimeq; intermittendas predicet, ne (quod tu times) agresti & ferino more uiuatur apud Christi populum. Quas sic tractandas & adhibendas monet, ne in superstitionem abeant, id quod fit, cum superstitiosius habentes ceremonias deo sacrificari animo persuademus, cum uerum sit sacrificium, nō sacer ille externus cultus sed deuota ardensq; in deum uoluntas, cum sui plena abiectione & effusione. Sacrificium nāq; & oblationem quæ foris speiosa apparent, pro peccato non postulat dominus, imò odio habet & fastidit apud Esaiā, si non intus corda in deum effundamus. Quod si pecul animo absit confidentia, & tractentur ceremonialia hoc animo, ut quædam sint adminicula & subuicula in deū (quibus tamen ipsis, ne tantilla quidē iustificationis portio debeatur) Tum demū recte ceremonie adhibentur, quas uelut alarum subsidium iam in Christo adultus, abiiciendas & contemnendas duat, cum uidelicet uirtute dei potens, alicui nihil indigens præsidij in deum rapitur & inclesat. Hactenus, inquam, Lutherus digna uerborū contumelia inæssit, & ceremoniarum superstitionē, & ordinum confidentiā, & superalii theologie & maiestatis, his si quid habes quod obijcas, age refellas & cōuellas meā sententiā, idq; uerbo dei, & tū pali

Psal. 39.

Ez. 1. 1.

nodiam à me expectare liabit, atq; amanter sum accep-
turus, si pro Christiani doctoris officio, & charitatis fra-
ternæ debito, mihi scripturæ sensum recluseris, alioqui
in hac sententia persistere certum est.

De causa uero Lutherana probata, nihil exspecto
factimonie, & rursum de improbata, nihil timeo damni
qui in hominibus gloriandum cum Apostolo non pu-
to, Et qui quorumcunq; hominum nomina, titulos, ma-
gnificientiā primū, personas, splendorē, & item humilitatē
obscuritatē, tenuitatem, neglectum, iuxta aestimo, quip-
pe ut laruas & spectra, imo ut res nihil, & mundi que-
dam proiectamenta, Quā mentem ex paulinis hauſili-
teris, qui docet deum personam hominis non accipere,
qui testatur nihil esse plantantem, nihil esse rigantē, qui
secundū frācē iudicandum negat, qui deniq; omnem et
legalem & humanam iusticiam & mūdi lucra dispen-
dia uerius esse q̄ compendia aperte confitetur, quo sibi
Christum lucrifidat, in nullius hōis uerba sum iuratus,
humanæ doctrinæ, si aliquando nomē dederim, iam ta-
mē exauthoratum glorior, & repudium, remitto philo-
sophorum nugalibus, Solum enim uerbum dei est uirtus
ad salutem omni credenti, Esto uel saxum uel asinus qui
uerbū administret, uerbo equidem fāciles aures inclina-
bo, reciecta & cotēptius habita persona doceantis, Nō fa-
t mihi fidē Lutheri nomē, ut uera credā quæcūq; scri-
bat (neq; id sibi optat) sed uera euangelii audio & testē

De causa
M Luth.

1. Corin. 2.

Galat. 2.

1. Cor. 2.

Pilip. 3.

Roma. 1.

spiritum, quē in penetrabilibus animi gero presentissimum cultorem. Sic neq; in totius etiam scholæ sententiā in pedibus co, q; sic schola uel tota sentiat, aut nuge=

Psal. 145. tur, hoc est enim in homines confidere, in quibus nō est salus, hoc est, in homine spem ponere, quod execratione dignum clamat Propheta: Verum audio, quid in me loquatur dominus, cū uox hominis aures emimus ferit. Et ministri hōis uerbū ad sacras literas, & ad amissim lapidem inflecto, cum nō delirante amissi, probo struētam, quae non iam hominis, sed dei sit, iuxta illud:

1. Cor. 3. Qui incrementū dicit deus. Et alibi: Dei pl. uitatio estis, dei ædificatio estis. Quo æquilibrio, si & scholiorum innumera magamenta, logomachiasq; appenderes, uideres quam ridicule, quam deformiter, immo quam pugnanter apprehenderentur ad scripturę regulam, & u

2. Cor. 5. lanabuſ ex aminanda. Nihil luā cum tenebris, male conponitur deus cum Belial, ex diametro pugnat mendacium hominis cum uero dei uerbo. H. uid quanq; igitur mihi

Psal. 129. hi placeo Luthero nomine, sed sustinuit anima mea in uerbo domini, quod potest seruare animas nostras. Si mihi in primis salua manere potest Biblię autoritas (manebit autem, rumpantur licet ilia æmulis) Si deinde Augustino habenda sit fides literis sacris assentienti, Lutheruſ carere non fuerit molestū, interim tamen detrahentibus pio fortassis uiro, & columnantibus obſistam gladio ſpiritus. Video enim multo maximam partem ad cō

demandū promptiores, ad calumniandū procliuiores, obstrepare Lutheri scriptis, quæ uel hoc nōie suspecta habēt, q; Lutherana sint &c. Si aut̄ Lutheri mentē uel summa eute exquirerēt, aut̄ arte si nō disimularēt, tam paratā nō haberēt uirgulā censoriā in uiri eruditionem, nō plane impiā, neq; tā sūcūloſe, ut sanguinarij psycho tyranni flāmas spirarēt, & uulcanū inclamarēt, dis di ap̄.son à Christo uit̄.e Christiane exemplari disidētes.

Cauſſ. a arte Lutheri talis est (quod meus dicitat animus) quæ columbino oculo & repurgato à feibus humānarum opinionum animo expensa, nullius pīj hominis non arrideat animo, si demseris, quæ incogitanter magis quām impie elapsa sunt &c. Neq; enim fieri potest, ut non inconditius aliqua elabantur ē buccis, qui cū mordacē multis cīsq; pugnaāſsimis hostibus rem h.abet. Est Lutheri res & pugna cum carne tabo confecta, & prorsus morbiſa, cui spiritum indere uitalem nequit nisi ad moto cauterio, quo inuste carni redeat genuinus habitus. Sal n̄i mordeat, insulsum est. Hęc quisquis secum æqua mente putuerit, facile hanc Lutheru ueniam dabit, q; liberior, mordacior, & dentatior ipsius sit char̄ta, uitijis nemo sine nasatur, optimus ille est, qui minimis urgetur. Charitatis est, non iudicare, humanum est labi, qui non labitur lingua (teſte Iacobo) hic perfectus est uir, propterea q; facilis & lubricus lapsus est lingue. Qui Lu. unam mordacitatis notā inurūt, ipſi toti opera

Iacobi. 3.

ti sunt iniquitatibus, qui in se minime descendentes, non
uident manicae quod in tergo est. Sic feré fit, ut in alio
rum erratis, uel linacem superemus & aquilam, in pro-
prijs uel talpa cædores. Supra hominem est cum tot
monstrofis hominibus (quos pertinacia invictos reddit)
linguae bello depugnare, & nihil inde monstrosum con-
trahere. Quis Lutheru[m] ueniam negabit, imo, quis tam
acrem uerbi dei patronū & uindictam non suspiacet, qui
rem ut arduam, ita & cum multorū iniuriantia conun-
ctam sic egit, sic pené dixerim triumphauit, ut à tot ho-
stibus, à tot obscruatoribus, à tot corycis, immoderatio-
ris, non mendacis tamen linguae notari posuit, quanq[ue] ne
immoderationis quidē, si Christum ipsum & apostolum
ab hac nota eximant hostes, qui æstuandi in ueram fidē
zelo uehemenius sunt destomachati in phariseos, pseu-
do apostolos & rabinos. Ut ad te tandem redeat sermo,

Math. 22. mi frater amissime, & idem præceptor non penitende,
Luce: 11. quam uellem hanc mentem induisses iam pridem, ut per
Philp. 3. sonarum respectum, magisterij uanam appellationem,
& theologicæ maiestatis gloriam posthabens, imo ne-
gligenter habens, ad unū dei uerbum oculorū aīcē de-
flexisses, ab istis larvatis laruis & personatis faæbus,
quibus multorū oculi sic uelut præstigiati sunt, ut infeli-
citer sapiant, infelicius iudicent, infelissime autem in la-
pidem offensionis, nempe ueritatē, impingant, Quare
precor deū optimum maximumq[ue] quantum possum, ut
& tibi

& tibi & omnibus theologiae nominis studiosis mente
larginatur meliorem. Ignosces spero pro tua humanitate,
q[ue] liberior fucrim in te reuocando in uiam. Noui cando-
rem indolis tue, cum in omnes, tum erga me, hoc uehe-
mentior in te fui, quo te magis cupia in uisceribus

Iesu Christi, ijs bene uale digniss. domine,

Postridie Kalendas Ianuarias,

Anno. 1521.

MARTINVS LVTHERVVS, VVOLF
GANGO FABRITIO CA-
PITONI, S. D.



VANTVM LITERAE
Cardinalis tui animum meū erexc-
runt, tantū tue deiecerunt, mi Fa-
bria. Deijat forte & uultum tuum
exordium hoc triste & ingratum,
sed tua culpa, qui & fidem & au-
toritatem literis Cardinalis tam intempestiuā rhetorica
ademeris. Inter multa enim que mouerunt, hoc erat
unum, quod scribis te iuuandrum Euangeliū partium,
diuersam à nobis misse rationem. Hoc enim quid aliud
est, quam aut tuam, aut nostram rationem damnabilem
esse? cum necesse sit ministerium spiritus sibi ipsi, quam
minime pugnare. Paulus enim eiusdem uestigij Thimo-

1. Cor. 4. theum incedentem, Corinthiis commendat. Atq; ego quidem pro meo in te candore, uerbum hoc diuersitatis lenissimum, nisi tu ipse tuus interpres, coegisses sic intelligentem esse, Euangelium tunc promoueri, si Principibus conniucatur, praticatur, eorum facta excusentur, & (ut tua uerba sonant) ne pugna procaes prouocamus. Hec tua ratio est, que iuxta nostram rationem, pulchra adulatione est, & ueritatis christiane abnegatio est. Ego nec inimicis optarim hunc animum probari, tantum abest, ut optem hac ratione iuuari Euangelium, ut nihil uehementius deprecer. Et faxit Christus, non ut nihil promoueras, sed ut seruas te nobiscum, ne noxias. Mansuetudinem & benignitatem exigis, sano. Sed quid christiano, & adulatori? Res est aperta & simplicissima, christianus sicut habet, & agnoscat & fatetur. Male ualere uolunt etiam gentiles eos amicos qui uitiis amicorum blanduntur, & ueritas Christi uitiis & impietati simul blandiri poterit? Nos autem tibi nostram quoque rationem exponemus, et cum fiducia sub iudicium tuum & orbis proponemus, nihil ueriti, quod scribis offendit multitudinem mordacitatem. Quem enim non offendebat Christus? aut quem non arguebat? Et Spiritus ueritatis arguit, non blanditur. Arguit uero non aliquot, sed totum mundum. Igitur nos sic sapimus, omnia prorsus esse reprehendenda, arguenda, confundenda, nihil parandum, nihil conniuendum, nihil excusandum, ut medio

spiritus

sicut campo, & libera & pura & aperta ueritas. Porro
 aliud est, quos corripueris summa mansuetudine suscepere, tolerare, inuitare. Hoc iā ad charitatis & officij Charitas.
 exemplum pertinet, non ad ministerium uerbi. Nam &
 Christus cum omnes acerrime argueret, tum optat galli Matt. 23.
 na illis esse, & sub alas colligere. Charitas omnia sustinet, Cor. 13.
 omnia suffert, omnia sperat. Fides uero, seu uerbū,
 nihil sustinet prorsus, sed arguit, deuorat, seu ut Hieremias dicit, euellit, destruit, & dissipat, & maledictus Hier. 1.
 est qui facit opus domini fraudulenter. Aliud est enim &. 43.
 Fabritij uitium laudare, uel extenuare, aliud benigniter
 & suauiter curare. Primum omnium dicendum est, quid
 rectum & non rectum sit. Deinde, ubi auditor suscep-
 rit, tolerandus, & ut Paulus ait, Infirmus in fide suscep- Rom. 14.
 piendus est. Tua uero ratio id efficiat, ut nunquia ueritas ag-
 noscatur, & tamen interim blanditia & ficta humanita-
 te praesumatur uitium sanari. Sic impletur illud Hieremias : Et sanabant contritiones populi mei. Et iterum, Hier. 3.
 Confortauerunt manus malorum, ut non conuertantur &. 23.
 unusquisque a malitia sua. Nec spero nos tales unquia fuisse
 quibus charitas desyderata, in suscipiendo & toleran-
 dis infirmis possit opprobari. Neque deest mansuetudo,
 benignitas, pax, & gaudium, si quis uerbum nostrum
 probarit, & statim non queat perfectus esse. Conteni-
 enim sumus interim, agnouisse illum ueritatem, nō resti-
 tisse, non damnasse. Quod deinceps agitur, charitatis

est, que exhortatur, ut et faciat quod cognorit. Nam & si ex animo Cardinalis tuus has literas scripsisset, obsecro, quanto gaudio, qua humilitate nos pedibus eius prouoluti, dignos non arbitraremur nos, qui puluerem pепum eius oscularemur? Nonne & nos sex sumus & peccati sentimus? Agnoscat uerbum modo, & seruos nos prestatibimus. Porro ijs qui doctrinam ipsam & uerbi ministerium aut damnant, aut contemnunt, aut subdole exequuntur, nulla gratia, nulla charitas, nulla benignitas. Quanq; & hoc sit sura mea charitatis, furori & impietati eorum omnibus uiribus & modis resistere. Si aut ex tua formatura (quod sufficor) Cardinalis tuus, tam egregium hypocritam prestitit, uides tuisipse, quod nihil nos mouere debeat. Sed neq; fallere nos poteris, quando & Satane cogitationes non ignoremus, & ex uerbis ipsis tum iustificare, tum damnare possumus quemlibet. Scribit Cardinalis tuus, se se prestituru dein apud gratiam dei, quod ecclesiasticum Magistratum deat. Si hoc fide sincera diat, & tu cum hoc non docuisti, certe animus eius huiusmodi est, qui laruum Cardinalatus, & pomparam Episcopalem alegare, & uerbi ministerio se se ad angere prestituerit. At hoc, qua nam suadela fore credimus? Impossibile est, ut sic parvulam parochiam administrare potens sit, ac difficile est, ut resignet, & Parochus fiat. Et quis (inquis) audebit hoc exigere? Respondeo: Et quomodo tu securus eris, nisi ueritatē hanc

cognitam ei searris? Foue, & conniue postea, sed primū
hæc ei nota facio. Siat, quo peccari, quo non peccari pos-
sit, Deinde ne peccetur, cooperare, Aut si peccarit, tole-
rare. Non autem toleratio, & conniueto, siue per Christi
anam, siue humanam modestiam, si impie errauerit. Modestia
Hoc enim facit crudelis adulatio, que fingit modestiam
siue Christianam, siue humanam. Iam uero quomodo
& hoc uerum esse credam, quod et tu scribis, sacerdo-
tem uxorium liberatum, & ille scribit caussas scribendi
libelli mei iamdudum sublatas ē medio? Pulchra libera-
tio, quasi non potior fuisset ei occasio. Abiurare coegeri
uxorculam aduersus conscientiam, de quo nunc dolet.
Obsecro, an tentatis etiam spiritum sanctum? Nonne
perseueratis in odio sacerdotalis coniugij, donec non re-
uocatis exactam abiurationem, & diuortij facti uiolen-
tiā? Scortum, inquis, erat, rhetor optime. At hoc pri-
us explorandū fuerat, iam, ut maxime scortum fuerit.
Cur in hunc unum insanissim, & profibula uestra Hal-
berstadiana, Moguntina, & Magdenburga, aliaq; in-
numera clausibus auribus perpetuo transitis? Vides tu-
am Rhetoricam nihil esse, Fabria? Certe ubi confiteba-
tur uxorem esse, uos quiescere oportuerat, aut Paulum
confutare, qui doctrinam dæmoniorum uocans, clarissi-
me damnat istum cœlibatum. Quod si mentiretur uxo-
rem esse, periculum eius erat, uos salui eratis. Iam quod
periculum diuortij caussaris in isto nouo coniugio, si

coniugium
sacerdotia

1.Ti.4.

pertedererit molestiae uxori e, arbitror, & ipsum non ex
 animo à te dīa. Quid enim hoc ad doctrinæ pietatm,
 quod mali bonis male utuntur? Nos à uobis non exigit
 mus, ut cōiugia præstetis omnibus molestijs libera, sed
 tantum, ne doctrinam eius & exempla damnatis. Nos
 nihil de sacerdotum coniugio promittimus, nisi quod au
 Preposi
tus Kem=
bergen.

 toritate dei licet sacerdotes esse coniuges. Præpositus
 Kembergensis uir est, in quo nihil possis non laudare,
 tantum abest, ut leuitatis argui possit. Nisi forte ideo le
 ues erunt, quia tu metuis leues fore. At ad metum tuum,
 uel spem nostram nihil sequitur, uel non sequitur in fa
 ctis hominum, nedum in uerbis dei. Alioqui nihil diui
 norum præceptorum nos hic metus sinet tentare. Vides
 mi Fabriā, quantis argumentis ego uexer, ne credam
 Cardinalē tuum ex animo hæc scribere. Tatio deniq;
 Andreas
 Kaugs=
 dorff.

 tyrannidis illud eximiæ, qua Andream Kaugsdorffium
 Magdeburgen. suggestu cum tanta ignominia submo
 uerit, uirū, cui uix similem sub sua ditione habeat tuus
 Cardinalis. Nec uos adhuc istius pœnitit. Obsecro te mi
 Fabriā, cum eu exigis L V T H E R V M, qui ad om
 nia uestra conniveat, solis literis bl. audi sculis palpatus
 cum sint tam infanda, quæ uos molimini, & non estis
 contenti, quod parati sumus ignorare & tolerare per
 charitatem. Quin expostulatis, ut iustificemus quoq;
 hoc est, ipsam doctrinam abnegemus per impietatem.
 Satis, & plusq; sati tentatis me, optime Fabria. Et ego


Satis, & plusquam satis benigniter respondeo, cum longe
 saeuioriem responcionem merueritis, qui non modo
 non facitis, quod toties luditis & irridetis suas, sicuti
 uobis uidetur egregijs, sed sicut ego uidco, insigniter in-
 eptis. Nos doctrinam pietatis tuebimur, quantis uiribus
 possumus, offendat siue coelum, siue tartarum. Habes
 itaq; L V T H E R V M, sicut semper habuisti, obse-
 quentissimum mancipium, si modo pietatis amicus fue-
 ris, Rursus egregium contemptorem, si perrexeris cum
 tuo Cardinali ludere in re sacra. Summa


Charitas,
 nostra pro uobis mori parata est, Fides uero si tangitur,
 tangitur pupilla oculi nostri. Charitatem expositam ha-
 bebit omnibus, siue ludibrijs, siue honoribus. Fidem et
 uerbum adorari a uobis uolumus, & sanctum sancto-
 rum haberi. De charitate nostra nihil non presumite, si-
 dem uero nostram nusquam non timete. Cardinali tuo non
 respondeo, quod medium iter non potuerim tutus in aede
 re, neq; laudare, neq; uituperare, siue hypocrisym, siue
 syncretitatem. Ex te autem intelliget Lutheri spiritu. Et
 ego, ubi de syncretitate artus factus fuero, me totum non
 differam effundere & profundere ad pedes eius. Vale
 mi Fabria, & animum meum ne dubita candidum esse
 in te. Res ipsa, sicut uides, magna & sacra est, cui nos
 debet accommodare, ne forte fratres aut sorores plus di-
 ligamus, quam Christum. Ex cremo mea,

die Antonij. M. D. XXII.

R 41450-L

OCN 65400670





917-18

